

**R.P. Thomae Młodzianowski Poloni, Societatis Jesu,
Praelectionum Theologicarvm Tomus**

Młodzianowski, Tomasz

Moguntiae Et Dantisci, 1682

Disputatio II. De Objecto remoto justitiæ quod est jus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82973](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-82973)

Disputatio II.

43

scribitur: quia principia notificantur per suos
actus.

Inquiri etiam hac occasione cum Esperanza ci-
tato potest: An haec definitio conveniat etiam
iustitiae supernaturali infusae? Certum quidem
Ulpianum de illa non fuisse sollicitum: quia ta-
men Theologi, ad supernaturalia attendentes,
eum approbant, videtur etiam ad supernatura-
lem iustitiam extendi. Si quis, ly perpetua con-
finique voluntas, sumat pro principio de linea
voluntatis, coque stabili ad reddendum jus a-
lienum. Vere autem iustitia infusa, est princi-
pium de linea voluntatis: quia habitus volun-
tatis est, ordinaturque ad jus reddendum uni-
cuique suum.

3. DEFINITIO est. Quæ conflatur ex ha-
bentis dictis. Iustitia est virtus intendens ho-
nestatem æqualitatis, ad jus alterius. Non pono
quod sit virtus moralis, nec quod sit ad alterum,
nec quod respiciat actiones externas: quia ratio
moralis, in ipsa æqualitate ad jus includitur, quæ
est species morum; alteritas item in prædicato
æqualitatis, cum nihil sibi sit æquale; actiones
item externæ sufficienter in æqualitate ad jus
includuntur: quia haec non habetur sine actione
externa. Bona autem est haec definitio, quia
procedit per prima, convenientque omni; soli, &
tempore.

DICES 1. Etiam in aliis virtutibus, ly hone-
stas, non ingreditur formale earundem. Ergo
nec ingreditur formale iustitiae.

RESPONDE TUR. Imprimis. Negando
Conseq. quoad alias virtutes: sunt enim ali-
quæ ita excellentes, ut nunquam vitiari possint,
nec actus illarum fieri malo fine, qualis est amor
Dei super omnia, voluntas nolendi unquam
quidquam defectuosum committere &c. simi-
lia, quia autem actus virtutis iustitiae potest fieri
malo fine, sit, ut addi illi debeat, ly honestas.
Quod ad alias virtutes attinet, nondum invale-
scente, de illorum formalis explicando, lite, sup-
ponebatur hoc potius, quam ponebatur, cæte-
roqui moraliter ponendum.

DICES 2. Honestas non est ratio differen-
tialis iustitiae. Cur ergo ponetur?

RESPONDE TUR. Honestatem simpliciter
acceptam, non esse differentialem formalita-
tem; secus se habet honestas talis: ipsa etiam
honestas est suo modo differentialis formalitas,
ab eo actu, qui malo fine reddit alienum.

DICES 3. Honestas respicit nos, non alterum.
Ergo, non debuit poni in definitione vir-
tutis ad alterum.

RESPONDE TUR. Honestatem simpliciter
acceptam, sicut & virtutem non esse ad alte-
rum, secus se habet honestas talis h. e. hone-
stas æqualitatis.

DISPUTATIO II.

De Objecto Remoto Justitiae, quod est Jus.

PRÆMITTO 1. *Quid veniat
nomine juris?* universaleriter dicit
S. Thomas, q.57. a.1. in Corpore.
Quod jus dictum est, quia est ju-
stum: quia vero & ipsum *Lex* est
habet diversam explicabilitatem, variaeque sunt
circumstantiae ipsius justi, non raroque eadem
vox penuria primitivarum impositionum ad al-
lia & alia trahitur; idem sit etiam, cum hac voce
justum, quæ, prater dictam acceptiōnem, sup-
ponit pro potestate legitima ad aliquam rem.
Et quia, ut sit justum, erat necesse haberi aliqua
principia regulativa, ut sit justum; sit, ut nomine
juris, veniant etiam leges, quæ cum sui species
impressas, expressasque habere possint, & solum
sic posse possint regulare, dirigerque ut fiat
justum; sit, ut jus supponat prōscientia juris,
quibus dictaminibus, si fiat satis, adeoque fiat
exolutio debiti, cumque hoc, quod debitum
est, sit jus alterius, sit, ut satisfactio illi debito, jus
etiam appelleatur, ut appellavit Ulpianus, ubi
meminit juris reddendi. Ad continentiam item
societatem humanam, erat necesse institui judi-

ces, quos appellat Arist. *iustitiam animatam*, cum
iustitia respondeat jus, etiam iustitia animata, re-
spondere debuit jus. Porro iustitia animata,
nisi exeat in actum, mortua est quodammodo,
actus illius iustitia animata erit sententia,
quæ etiam appellatur jus, ut cum dicitur res ju-
re decreta, dicitur item aliquis ad jus vocari,
hoc est, ad sententiam judicis. Quia vero da-
tur figuris locus, continensque pro contento
usurpari solet, ex proportione quadam, locus
ipse dicendi juris pro sententia accepti, solet ap-
pellari jus: cumque quæ similia sibi sunt, simile
etiam participant nomen, sit, ut cum æqualitas,
ratioque ad strictivi ad hoc, vel illud præstan-
dum, sit quid principale in iustitia; cum consan-
guinitas & affinitas æqualitatem quandam ad-
ferant, adstringantque ad specialiora officia,
hinc est, ut etiam jus ad affinitates, & consanguini-
tates applicetur. Unde dicitur, *jura consan-
guinitatis intercedere*. In præsenti maxi-
mè attendetur ad jus pro justo, & ad potesta-
tem illam ad aliquam rem.

PRÆMITTO 2. *Divisionem juris.* Atten-
*D 4 demus

R. P.
THOMAS
TOM 3. c. 4.
D. VI
6

demus autem h̄c maximē ad divisionem juris pro potestate exigendi, accepti; non autem ad juris divisionem à jubendo derivati: quia de hac aliās.

Prima & maximē universalis divisio juris, superior ipso iure justitiali, est in jus morale & legale, de quo vide Tanner. d. 4. q. 1. n. 107. jus legale est jus justitiale, vel quasi justitiale: quia etiam per Theologos Religio, & Pietas important jus legale, c̄m tamen neutra harum virtutum sit rigorōsē justitialis, sed non nisi revocabilis ad justitiam. Jus autem morale fundatur pr̄cip̄e in obligatione debitae rectitudinis, & ordine se habendi. Dicta juris legalis descrip̄tio, non est rigorōsa definitio, similis ei, qua entitas per ens, ens per entitatem explicatur. Jus legale dividitur in legale simpliciter hoc est rigorōsē justitiale, & in legale secundum quid, seu non habens omnes conditions justitiae. Juris autem legalis simpliciter, est

Secunda & universalissima divisio, in jus in re, & jus ad rem.

Missis aliorum definitionibus. Jus in jure commodius definitur à Raynaudo de virtute lib. 3. f. 1. n. 20. Est facultas, quam quis habet in rem jam suam. Vel, simavis dicere obtentam. Jus verō ad rem est facultas, quae habetur ex aliquo titulo, in rem debitam, nondum obtentam. Jus autem personale in re coincidens per Raynaudum cum jure ad rem, sic idem definit. Est facultas adversus personam, & non directē in rem certam. Jus autem reale coincidens cum jure in re, est facultas, seu jus in rem, non in personam. Possetque defendi, quod etiam jus ad fructus, sit jus in re, non quidem possessa in se, cum nondum existat, sed possessa in aliquo sui, nempe in causa, radice, principio que illius.

Tertia divisio est ipsius juris in re, in jus in re perfectum: estque latius loquendo, dominium, ut supponit tam pro dominio proprietatis tantum, quam pro dominio etiam usus fructus. Aliud autem jus in re, est imperfectum, quod infert quidem rei h̄c & nunc habitionem legitimam, sed cum imperfectiore ad huc titulo: tale jus est depositarii in depositum. Creditoris in pignus &c. similia. Ipsum autem dominium illud, latius loquendo, pro primo divisionis membro sumptum, quomodo dividi debeat, inferius dicetur, ubi de dominio.

Plures alias divisiones, pr̄ter adferendas de jure à jubendo, & de jure dominii; vide apud citatum Tanner à num. 107.

PRÆMITTO 3. *Quod jus, sit objectum remorum justitiae*, docet ex Arist. S. Thom. cit. q. 57. in corpore iustum (quod inibi S. Thom. ponit proly jus) est objectum justitiae: dicit enim Philosophus in 5. Eth. c. 1. *Quod omnes talem habendum volunt dicere justitiam, à quo operativi iusto-*

rum sunt. Ergo jus est objectum justitiae. His præmissis sit.

QUÆSTIO I.

De iure, prout est Objectum Iustitiae.

In præsenti Quæstione, est difficultas in inveniendo ultimo resolutorio honestatis justitiae: Si enim quāram, redditio alieni estne honesta actio? affirmabis; quāram, cur? dices, quia est honestum facere & qualitatem justitiae: quāram, quid sit facere & qualitatem justitiae? dices, facere secundum jus alterius justitiae: nam non quodcumque jus, est mensura & qualitatis justitiae. Quod si jus justitiale est mensura & qualitatis justitiae, restat quārere, quid illud jus in circulum committas, & qualitatem justitiale per jus, jus autem ipsum, quod est mensura & qualitatis justitiae, per jus justitiale explicando.

Pythagorici apud Arist. lib. 5. Eth. c. 5. explicant jus, per retaliationem. Videtur autem nonnullis retaliatio & absolute & simpliciter, jus ipsum esse. Hæc autem retaliatio stat in hoc, ut quod feceris uni, hoc etiam tibi irrogetur; & si abstulisti unum, reddas unum. Cæterum impugnat Arist. hanc sententiam. Tum quia. Si Magistratum quis gerens percutserit, repercutiendus non est; si autem Magistratum gerentem, quis percutserit, non solum est percutiendus, sed etiam supplicio afficiendus. Ergo appetet, eo casu, licet jus intercedat, non intercedere retaliationem, consequenter jus & retaliationem idem non esse. Tum quia. *Quod sponte an in iusti fecerimus, multum refert* inquit idem. Ergo, retaliation non erit locus. Casu enim, quo in iusti fecerimus, non debemus retaliari: & ita, si quis putans hostem in bello, rem prudenter discutiendo, occiderit civem, non est occidendum. Tum quia, (quod primum ponit Philosophus) in distributiva non datur locus contra passo, aut retaliatione: distributiva enim importat inæqualitatem materialem, ex quo sumque tribuit digniori præindigno, casu quo æqualia fuerint: retaliatio autem omnimodam & qualitatem vult: per hoc tamen non negatur, quod in multis actibus justitiae interveniat etiam retaliatio, & contra passum. Ut ergo explicetur, quid sit jus prædictum. Sit

DIFFICULTAS I.

Explicatur Ius Iustitiale in nostris Principiis.

M̄orum Magistrorum Magister P. Laurentius Pikarski dicebat ex Arist. 5. Eth. c. 5. nihil aliud esse jus, quam indigentiam complementi fortunæ seu in bonis. Quæ sententia proponetur h̄c, & defendetur.

Pun-

Disputatio II.

45

Punctum Difficultatis I.

Explatur Ius Iustitiale ex Aristotele.

PRÆMITTO 1. *Hominem ex naturalibus suis Principiis indigere communione vitae.* Ratio: quia cum unusquisque non habeat ea, quæ alio, sed licet alio, hinc eget? aliquo inuolore reducendo se ad statum perfectum, communicate inter se debent. Quod puto esse verum independenter ab ipso peccato originali: quia etiam stante iustitia originali, multiplicatio autem generis humano, potuisset fieri, immo & rationabiliter facta fuisset, exdivisio bonorum. Nam per graves Auctores potuissent peccare mortaliter in aliis materiis, &c., per omnes, saltem venialiter: & cur materia peccati non potuisset esse bonum possidendum? dati aliqui fuissent minus affecti agriculturæ, sed magis v.g. artibus, venationi &c. consequenter data fuisset occasio communionis vitae per rem v.g. commutations. Universaliterque hoc resolvitur in hoc Princípio: quia homo et animal sociabile, sociabile autem non esset, si communione vitae careret.

PRÆMITTO 2. *Communionem vitae deberet e diverso respectu inter æquales, & diverso respectu inter inæquales;* debet quidem esse inter æquales: quia inter Deum & creaturas non dicitur intercedere communio vitae, ob summam inæqualitatem: nec inter Dominum & servum. Fundaturque hoc ulterius in hoc Princípio: quia communio vitae trahit secum iustitiam, adeoque æqualitatem. Deinde, quia si unusquisque suo superabundanti non æquiperabundans alterius, non poterit fieri inter illos communio vitae; hæcque æqualitas, potest appellari æqualitas diversi superabundantis. Hanc æqualitatem requisivit Arist. s. Eth. c. 6. Ubi loquitur de liberis & æqualibus, venientibus in communionem vitae. Alio respectu venientes in communionem vitae, debent esse inæquales: hocque expressit Arist. non enim ex duobus Medicis societas sit, sed ex Medico & agricola, quasi diceret duo Medici v.g. non ineunt communionem vitae: quia superabundans idem habent, nempe superabundans artis Medicæ, si autem superabundans idem habetur, quæ poterit fieri permutation: sed quia Medicus superabundat arte, agricola frumento, bene ad invicem poterunt ingredi communionem vitae, adeoque permutatione, cum habeant æqualitatem diversi superabundantis, inæqualitatem autem, quia non eodem superabundant.

PRÆMITTO 3. *Communionem vita exigent diversa superabundantia, non posse actu perfici, nisi in permutatione, distributione, & tamen, superabundantium intercedat æqualitas.*

Verba Arist. sunt: *Oportet igitur, quotus est edificator, aut agricola ad sutorem, tot calceos ad domum, aut alimentum equiparari, nisi enim ita sit nec permutatio, nec societas esse illo modo poterit, id autem non erit, nisi æqualia omnia quodammodo inter se sint:* Et Ratio est, quia inæqualitas revocat à communione vitae. Ergo apparet, sine æqualitate illam non haberi; sed sequitur ruina; & subversio communionis.

PRÆMITTO 4. *Æqualitatis bujus servanda in communione vita, debere dari measuram.* Ratio est, quia promptum est hominibus superabundanti suo tradito, atrollere illud; promptum etiam suum daturis invenire rationes, pronon dando tantum ex suo superabundanti; debuit ergo taxa aliqua & mensura communis inveniri. Quia verò ipsa indigentia, est principium communionis vitae, & ipsa debet esse mensura æqualitatis, quæ ultimo compleat communionem vitae, & sicut in physicis à quibus res pendet in fieri, pendet & in conservari: sic etiam à quo principio pendet communio vitae, ab eodem pendet & taxa æqualitatis, quæ ultimo compleat communionem vitae, hocque significavit Arist. Oportet inquit, ut uno quodam, sicut dictum est etiam prius, cuncta mensurentur, & id est revera quidem indigentia. En Arist. indigentiam, pro ipsa ratione formaliter æquandi, agnoscit. Inferius eadem claritate loquitur Arist. compingendo etiam totum discursum à nobis allatum; *Neque ulla esse societas potest, nisi sit permutatio, neque permutatio, nisi sit æqualitas, neque æqualitas, nisi sit etiam commensuratio, ac re quidem vera fieri non potest, ut, quæ ad eadē distant, commensurabilita efficiantur.* Sed pro indigentia tamen ratione satis commode fit. Cumque sibi objecisset, quod interdum homines non indigent, & tamen permutationibus veniunt in communionem vitae, accipiendo scilicet pecuniam, dandoque res; ad hoc respondet. *Sed licet nunc non indigent quisquam, pro futura tamen permutatione, quasi sponsor, si indigentia inciderit, eam fore nobis, intercedit nummus.* Quasi dicat, fieri tales permutationes ratione indigentia, quæ poterit esse postea, cum tamen huius permanens, posset ingredi permutationes.

Quod eadem indigentia sit mensura æqualitatis adferri illa verba poslunt, quæ immidet, & eodem capite, discursum concludens de indigentia subdit. *Quid igitur injuria? quid item ius sit, dictum est.* Ergo apparet nomine juris, indigentiam illum accepisse.

PRÆMITTO 5. *Indigentiam duplē spectari posse.* Prima, quæ venit cum suo superabundanti, in communionem vitae, ut possit esse principium explendæ indigentia alius. Eth. cap. pellari potest indigentia Aristotelica, atque mensura æqualitatis: Si enim ille suo superabund-

R. P.
I. H. MLOD
1870 WISKI
TOM 3. c. 4.
D. V
G

bundanti explevit tuam indigentiam, titulo acquirendi tui superabundantis, æquari non poteritis, nisi secundum proportionem indigentæ, cui unus satisfecit, tuo superabundanti, vicissim expleas indigentiam illius. Secunda indigentia est mera carentia superabundantis, hæc aliquo quidem casu est jus, & mensura æqualitatis & ita v. g. in casu extremæ necessitatis indigentia adserit jus ad bona exdivisa, eò quod sub initium homines inter se, vel potius ipsa natura, per lumen rationis, pacta sit, jus esse unicuique in extrema necessitate, ad hæc se inferiora; ne eorum defectu, universum patiatur damnum, morte v. g. nobilioris creaturæ. Et eadem indigentia est mensura æqualitatis: nemo enim ex justitia tenetur ad plus, quam hæc & nunc sit necessarium ad sublevandam indigentiam. Sed de cætero hæc indigentia non est jus: si enim tu tuo superabundanti non explevisti indigentiam alius, non habes vim adstrictivam, ut alius suo superabundanti expleat tuam.

Quodsi quæras in casu extremæ necessitatis, quamvis indigentia sit jus, quamvis taxa dandi, quomodo tamen tunc venit indigens cum suo superabundanti: ad quod dici potest, quod tunc solum superabundans est necessarium, quando meum, redditur tuum, & tuum, redditur meum; adeoque cum exercetur communio vitæ per communicationem bonorum ad invicem, quæ tunc non sit, sed dans non dat de proprio, sed dat indigenti de indigentis bonis, in qua titulum non donatione, sed jure, proprio habet, hinc etiam invito & inscio accipere potest: non enim accipit nisi suum.

PRÆMITTO 6. *Hanc ipsam indigentiam, venientem cum suo superabundanti in communionem vitæ, duplum formalitatem habere.* Prima, in quantum hæc indigentia est expletiva suo superabundanti indigentæ alterius, habetque formalitatem juris: quia autem nullum est jus, quod non sit respectivum ad debitum, etiam hanc formalitatem habet indigentia, in quantum jam expleta superabundanti alterius, sic enim fundat debitum.

PRÆMITTO 7. *Quod hæc indigentia, si sit aequativa in communione vitæ, sit etiam aequativa in ratione iustitiae.* Ratio: quia ubiunque non est communio vitæ, illic non est justitia; & ubiunque est justitia, illic est communio vitæ. Ergo, apparet utrumque hoc eadem æqualitate regulari; alias, si diversa regularentur, possent ad invicem esse sine se. Antecedens probat inducțio. Nam justitia reperitur manifeste in distributionibus debitibus; communio etiam vitæ, exercetur in distributionibus. Justitia exercetur commutationibus, communio etiam vitæ commutationibus, & sic de reli-

quis &c. Et certè fingatur homo esse animal non sociabile, deerit communio vitæ, sed nec supererit ulla iustitia, ulla iustitia, & si non erit sociabile, etiam quoad sua intrinseca, nec internarum iustitiarum locus erit. His Præmissis

EXPLICATUR. Quid sit jus. Homines indigent communione vitæ, ut dixi Præmissio Primo. Hæc communio debet esse, inter habentes suum superabundans, ut dixi Præmissio Secundo. Hoc ipsis superabundanti, ut ingrediantur homines proximè communionem vitæ, debet esse æqualitas superabundantium, quibus perfici debet communio vitæ, ut dixi Præmissio Tertio. Hæc æqualitas non potest esse sine mensura; hæcque mensura est ex Arist. indigentia, ut dixi Præmissio Quarto. Et quidem indigentia non qualiscunque sed indigentia cum suo superabundanti, veniens ad explendam vicissim indigentiam alius, ut dixi Præmissio Quinto. Quæ indigentia, in quantum est principiativa expletionum, suo superabundanti indigentæ alius, est jus; in quantum autem jam est expleta, vocatur debitum, ut dixi Præmissio Sexto. Et justam communionem vitæ, quam justitiam ultimò æquans.

Breviter autem jus, de quo hic, non est aliud, quam indigentia complementi fortunæ, prout est principium suo superabundanti expletivum indigentæ alius. Nomine autem, Fortunæ, non intelligitur Dea illa Ethnicorum; nec intelligitur casus, seu eventus fortuitus; sed, nomine Fortunæ intelligitur forma, à qua dicitur aliquis fortunatus. Nomine autem ipsius fortunati, intelligendo eum, qui abundat bonis, denique nomine ipsorum bonorum intelligendo, non tantum divitias, sed etiam famam & honorem. Breviter ergo, indigentia complementi Fortunæ, erit indigentia complementi in bonis.

PROBATOR I. Bonitas explicationis, manifesta Auctoritate Arist. citati. Præmissio Quarto.

RESPONDENT Pr. Theodorus Loueinstein; Quod indigentia sit, ut plurimum radix, origo, & occasio communionis vitæ, non autem mensura æqualitatis; dicitque se hoc ex S. Thomas habere.

CONTRA. Quia in dictorum textuum explicatione non habet hoc S. Thomas. Deinde, fateor quidem, quod Arist. agnoscat indigentiam esse etiam occasionem communionis vitæ, sed insuper agnoscat esse, illam rationem formalem æquandi. Nam cum sibi proposuerit, permutations non posse fieri sine æqualitate, æqualitatem sine commensuratione, hoc commensurativum, dicit esse indigentiam Operet inquit, ut uno quodam cunctamensurentur, at id quidem indigentia est. Quod autem erit com-

men-

mensurativum, id non erit occasio: hæc enim non mensurat, sed dicit ad permutationes.

PROBATUR 2. Rationibus prædicti Aucto-
ris sententia. Tum quia, venientes in com-
munionem vitæ, & inquirentes æqualitatem,
investigant eam mediante indigentia: unde li-
citanter cum Patre familias operari, dicunt se
indigere majori superabundanti Patri familias
hoc est v.g. pecunia: quia indigentia, quam
habet ipsæ laborum & operarum, quo illi supé-
rabundant, sufficenter ab illis satisfit, non ta-
men, è contra, ab illo, indigentia illorum. Rur-
sus, ut probent homines æqualitatem vel inæ-
qualitatem pretii, recurrent ad indigentiam:
nam si faber opus suum vendat, dicit se indige-
re majori pretio; quia modo major est talis o-
pere indigentia, quam ante, subordinatis arti-
ficibus plus quam ante solvit, tributa majora
dantur &c. E contra, alter diminuit pondus
illius indigentia, eo quod alio modo satisfieri
possit sive indigentia, quam opera illius fabri.
Negat plus solvi subordinatis, negat denique
in hoc vendendo haberi debere rationem tri-
butorum. Ex quibus omnibus stabilitur hæc
Propositio. Per quod indagatur æquali-
tas, redditusque pro ratione æqualitatis, vel in
æqualitatis, illud est ratio æquandi: talis autem
est indigentia. Quodsi indigentia est ratio æ-
quandi, erit jus, hoc enim est mensura æquali-
tatis. Tum quia. Quod est ultimum resolu-
torium æqualitatis, est jus: Sed indigentia est
tale resolutorium: si enim quæram, quare com-
mensus astis: quia æqualia pro æqualibus ac-
cepimus, dedimus: quero, unde de hoc, quod
æqualia pro æqualibus? quia, inquirent, non
plus dedimus, quam accéperimus: quæro, hoc
ipsum unde cognoscant? respondent, quia quo
ille indigebat a me, titulo sui superabundantis,
michi oblati, hoc habuit; & vicissim ego, quo in-
digebam ab illo, titulo mei superabundantis illi
oblati, hoc vicissim habui. Tum quia. Nomi-
ne juris per omnes venit principium æqualita-
tis, seu vis quædam constrictiva & adactiva per-
mutativum ad æqualitatem. Sed talis est cir-
cumscripta indigentia: quia posito, quod indi-
gentia suo superabundanti expleverit alias indi-
gentiam, ut compleas fortunam illius, serves-
que communionem vitæ, teneris tuo supera-
bundanti, explore alius indigentiam.

PROBATUR 3. Quod convenit omni, soli
& semper, iustitia, tanquam ratio æquandi, il-
lud est jus: de hoc enim procedit quæstio: Sed
indigentia est talis. Nam, quoad primum, in
commutativa iustitia reperitur indigentia, tan-
quam ratio æquandi; ut probant adlata: in di-
stributiva idem contingit; quia est in Republ.
indigentia militaris fortitudinis; superabundan-
tia autem dignitatum; redditum, solutionum
est in Republica. Eftin privatis robut milita-

re, labores, tempus, huic soli impensum. Hoc
que est privati superabundans. Indigentia au-
tem privati, est dignitatum reddituum &c. Tunc si accepto à milite superabundanti satis-
ficerit Respublica indigentia ejusdem stipen-
dio, dicit miles, non factam sibi injuriam, nec
Respubl. dicit injustè plura extorqueri, si ex
suo superabundanti non plus expenderit, quam
sit factum indigentia Reipublicæ, supera-
bundanti militis. In iustitia item vindicativa
intercedit simile quid: nam est in Republ. in-
digentia, ut puniantur mali, & superabundans
Reipublicæ, est vis prælationis conferendæ
cum potestate puniendi. Judex autem si non
tanquam privatus, saltem tanquam pars Rei-
publicæ, indiget ut exequatur & exerceat il-
lam vim Respublica, suppositaque acceptione,
habes superabundans ipsiusmet illius prælatio-
nis. Hinc obligatur ex iustitia Reipublicæ vin-
dicare punireque nocentes, explicò autem vin-
dicativam per ordinem ad Rempubl. non au-
tem per ordinem ad reum: quia judex tenetur
quidem ex iustitia punire reum, sed non tenetur
re. Quæ autem dicta sunt de iustitia specie-
bus, eadem proportionaliter dicenda sunt, de
jure à jubendo: Nam jus naturale est indigentia
naturæ intellectus, ut hoc vel illud fiat, inde-
pendenter ab omni commutatione, & pacto;
Jus autem positivum est indigentia dependens
a pacto.

Convenit etiam soli, quia non potest ostendi
virtus, quæ non sit iustitia, vel species illius, in
qua tamen reperiatur indigentia cum supera-
bundanti vniens in communionem vitæ, & ad-
stringens, ut hic, superabundanti suo, expleat
indigentiam alterius. Convenit etiam sem-
per, quia quotiescumque non satisfit huic indi-
gentia, committitur iustitia. Ergo, appa-
ret illam semper ingredi iustitiam, tanquam ra-
tionem æquandi.

CONFIRMATUR Principio Negativo:
Quod solum in præsenti sufficiens est, quia ex
una parte hæc sententia est Arist. ex alia parte
nihil obstat, ut patet solutione Argumento-
rum. Et ulterius ex inde elicetur: Quia
quodcumque principium oppositi attulerint,
tanquam indictum juris, modo sit legitimum;
idem in præsenti, circumscriptæ indigentia
quadrare poterit.

Punctum Difficultatis 2:

Solvuntur Objectiones.

OBJICIT 1. P. Martinus Olszewski jus, de
quo hic queritur, nec quoad rem est in di-
rigentia. Ergo. Antecedens probatur: Quia
indigentia est malum quoddam. Jus autem
bonum,

R. P.
TH. MLOD
Zia J. W. S.
Tom. 3. e. 4.
D. VI
G

bonum, & appetibile. Quoad rem etiam indigentia non est objectum: quia jus, de quo hic queritur, debet esse ultimò mensurativum & qualitatis: non est autem talis indigentia: quia, etiam posito, quod veniatur in communionem vitæ cum superabundanti, est neesse adhuc inquirere commensurationem ipsorum superabundantium, non quidem physicam: quia ad hanc non attenditur; sed moralem, & hoc potius mensurativum erit jus, de quo inquiritur.

R E S P O N D E T U R. Indigentiam Aristotelicam, & prout à nobis circumscribitur, non esse malum quid, sed bonum, utpote adstrictivum aliis, ad sui superabundantis expensam. Præter textus adlatos potest etiam hic servire cap. 6. ubi loquens de jure, inquit, *hoc autem est, quod communionem vitæ adfert, ut liberis hominibus & equalibus necessaria sufficiant, atque id vel proportione vel numero.* Secundum autem Bessarionis expositionem, apud S. Thomam hæc verba habentur, *hoc autem, supple jus, est inter socios vi- iæ, ut sit sufficientia liberorum, atque equalium, aut in comparatione rationum consistens, aut in numero.* Ubi, ut vides, jus per sufficientiam explicat, quod id est ac exsaturatio indigentia descrip̄tæ. Negatur item explicatam indigentiam non esse ultimò mensurativam: nam ad mensurandum moraliter ipsa superabundantia, debet ex communi ratione virtutis, intervenire prudentia, ut intervenit in omni distributiva, & commutativa, attendereque ad circumstantias pretii usualis, abundantia, vel defectus talis rei, usus talis vel talis. Sed hæc taxa, attendens ad circumstantias, est taxa antecedens directiva, & ad prudentiam spectans: quia petita ex medio rationis, jam autem, hoc supposito, ultimò mensurativum est; posito quod hic & nunc tantum valeat meum superabundans, quo ego explevit tantum de indigentia illius, tenetur vi- cissim tantum ille de suo, explere meam.

I N S T A T Pr. Venceslaus Darowski. Vel semper debet intervenire circumstantia superabundantis, ut interveniat jus, vel non semper. Si non semper: quomodo in extrema indigentia justitiae depositans, ut sibi subveniatur, venit cum suo superabundanti? Item, quif accipiens depositum, venit cum suo superabundanti? Si autem non semper, ad quid id possum est in definitione justitiae?

R E S P O N D E T U R. Semper intervenire superabundans. Quod attinet ad extremam indigentiam, de hac dictum supra, sed id hic etiam sic enodatur. Is, qui abundat à parte sua, tenetur ex justitia subvenire indigenti, & hic pro sua parte, venit cum suo superabundanti, ad communionem vitæ. Si enim hoc illi non superabundaret, non teneretur ad quidquam ex justitia alteri dandum: siquidem nemo tenetur

subvenire extremæ necessitati unius, per suam extremam necessitatem. Jam autem extremè indigens, cum non teneatur ex justitia acceptare sublevativum suæ extremæ indigentia, sed ex sola erga se charitate, nec tenetur tunc venire cum suo superabundanti in communionem vitæ. Quanquam dicere quis posset, quod veniat tunc pauper cum sua indigentia, & habeat superabundans illud ipsum, quod exigit hic & nunc detentum in manu ditoris, supponique potest pauper complexisse indigentiam, divitis suo illo superabundanti, non illud extorquendo ante suam extremam necessitatem. Quod attinet ad depositum, uterque venit cum suo superabundanti: hic de bonis fortunæ, ille de bonis animi, hoc est famæ, illius fidelitatem testantis. Jam autem depositum, fidelitatis abundantiam vult. Universaliter, etiam superabundans non debet esse de ejusdem linea boni: sicut enim physicè possunt esse diversa superabundantia, ita possunt esse diversa, quoad classem bonorum.

O B J I C I T 2. Pr. Nicolaus Trzaskowski. Jus, de quo hic inquiritur, debet necessariò in suo intrinseco conceptu esse exigitum debiti ab alio. Prædicta indigentia non est talis: indigere enim non est exigere: Indigentia quippe oritur immediatè ex impotentiæ præstandi aliquid per vires proprias subiecti indigentis; jam autem exigentia, est requisitio alicujus tanquam sibi debiti. Ethinc est, quod nulla res creata, dicatur exigere concursum Dei ad hoc, ut sit absolute in rerum natura, sed solum dicitur illo indigere, scilicet tanquam impotens existere à se ipso. Ens etiam supernaturale, non dicitur esse supra indigentiam, sed supra exigentiam naturæ: quia est supra vires illius. Ergo, si indigentia, quâ talis, non est idem quod exigentia, & jus, ex formalis sua ratione, dicit exigentiam, indigentia non erit prædictum jus.

R E S P O N D E T U R. Indigentiam non quomodo docunque nec vulgariter, sed Aristotelicè sumptam, seu prout est principium veniendi in communionem vitæ, suoque superabundanti exponendi indigentiam alius, esse jus prædictum.

I N S T A T 1. Quia vi hujus Réfpositionis ceditur, quod jus formaliter acceptum, debet esse quædam exigentia, sed in hoc solum laboratur, quomodo etiam indigentia possit habere rationem exigentia. Si autem indigentia, in tantum habet rationem iuris formaliter, in quantum potest inducere rationem exigentia. Ergo, præstat potius jus formaliter sumptum explicare per rationem exigentia, & simpliciter dicere, quod, jus formaliter sumptum, sic ipsam exigitia unius, cui debet commensurari, & adæquari operatio alterius, ut sic clare explicetur utrumque correlativum.

R E S P O N

Disputatio II.

49

R E S P O N D E T U R. Non præstat jus per solum exigentiam explicare: quia jus debet esse ultimum rei solutorum æ qualitatis: dicta autem exigentia, non est ultimum rei solutorum: quia rei est quærere, quare tu hoc à me exiges? quare hoc ego tibi debeo? ad quām legitime respondet: quia indigentiam tuam explevi, meo superabundanti, viciſſim tu debes explere meam, tuo; ut ita, non sis mihi iniquus, sed stet inter nos, communio vita. Deinde conformatuſphrasi Aristotelis, jus appellatur indigentia. Unde, non laboratur in hoc, ut ostendatur, quomodo indigentia possit habere rationem exigentiae, modo dicatur, ut à nobis dicitur, quod mea indigentia, intuitu communio- nis vita, fuerit principium, suo superabundanti, datificiendi indigentiae alterius.

I N S T A T 2. Mea v. g. indigentia, potest esse in Angelo principium unde motus, ut is illam expleat absque eo, quin indigentia Angelii, possumi esse principium, unde motus, explendi indigentiam Angelii. Ergo, ulterius posset indigentia in aliquo subjecto, rationem exigentiae habere, absque eo, quin correspondeat illi in altero subjecto ratio debiti, consequenter, per illam non recte explicabitur jus: quia hoc ubique est fundativum debiti. Antecedens supponit, quod inter homines & Angelos possit dari iustitia. Hocque supposito, probatur. Quia indigentia in iis solum potest habere rationem principii moventis ad sui expletionem, in quibus non supponit haberi complementum sua fortuna, inter Deum etiam & creaturam intercedit iustitia, & tamen Deus non supponitur posse compleri in sua fortuna.

R E S P O N D E T U R. Sicut indigentia pauperis illa, vulgaris, est principium, ob quod datur illi Eleemosyna, sine ullo actu iustitiae; ita & Angelo, mea indigentia potest esse principium subveniendi, tunc tamen non erit indigentia Aristotelica: quia sunt superabundantis proprii impenſione. Sed hoc non obstante, mea indigentia, potest esse principium complendi fortunam Angelii, non quidem ordinariæ, quia superabundans nostrum respectu Angelorum, non est in obvium, absolute tamen reperibile, & ita etiā in Angelo v. g. indigentia cultus & obsequii, quod possem ego, si vellem, exhibere Angelo, possem etiam non exhibere; cumque Angelus habeat tamen superabundantia, quibus meam indigentiam explere possit, possumus venire uterque in communionem vitæ, ut si- le meam indigentiam, illuminando me, sa- nando, ditando &c. expleat, cum ego etiam superabundem cultu, & obsequio, bene po- tenteriusque indigentia venire in communio- nem vita, cum suo superabundanti, fierique etiam de hoc pactum iustitiale, modo consen- tiat Angelus. Similiaque alia exempla cum

proportione adferri possent. Inter Deum autem & creaturam, nulla est justitia rigorosa, de quo infra.

I N S T A T 3. Idem. Indigentia est solum origo commutationum, & non ratio formalis æquandi, justandique res. Ergo, apparet quod illa jus non sit: nam jus debet esse ratio formalis æquandi justandique: Antecedens probatur. Quia si ex aliquo, rem suam in commutationem adferentem, inquiras: Cur hanc rem tuam permutas cum illa altera verba gratia? adquæ repondebit: quia ego hac re indigo, & ille vicissim ista, per hoc autem nullo modo adhuc redditur una res æquata, & justitiale commensura alteri, quod tamen es- set, si indigentia esset ratio æquandi. Quis deinde non videt falso esse responsem, si interroganti: cur emisti justè bovem? v. g. 10. taleris: des hanc: quia illo indigni, vi communionis meæ cum altero, in vita sociali. Vera autem erit responſio si dixerit: justè emi, quia tan- ti pretii & valoris est bos, quanti 10. taleri.

R E S P O N D E T U R. Indigentiam estiam originem commutationum. Hinc si interro- gatio procedat de solo accessu commutandi, per indigentiam respondebitur. Cæterum si interro- gatio formetur, quare justè 10. taleris bovem emisti? bene, tanquam per mensuram æ qualitatis, respondebitur per indigentiam, non quomodocumque, sed Aristotelicè sumptam, non indigo plus habere pro meo superabundanti, quod impendi, ad expleandam indi- gentiam venditoris.

O B J I C T 3. Jus in habente debitum, est jus abstractum à commutativo & distributivo, le- gali & illegali. Jam autem indigentia non est quid ita abstractum: indigentia enim, per Ari- stotelem citatum, solum in commutationibus locum habet.

R E S P O N D E T U R. Indigentiam solum in commutationibus locum habere, si spectetur, in quo exemplificaverit illam, secus si spectetur, quidnam universaliter æquare & mensurare possit, ut factum à nobis supra.

Deinde discurrens Aristoteles de sufficien- tia, quæ habetur, si indigentia satisfiat, memi- nit utriusque proportionis, seu proportionalita- tis spectantis legaliter ad Geometriam, & nu- meri spectantis ad Arithmeticam. Quibus duobus clauditur distributio, & commutatio.

I N S T A T 1. Assumendo aliqua principia ex- plificantia, quid jus secum trahat.

I. P R I N C I P I U M. Jus in exigente est men- sura æ qualitatis alteri debitæ ex iustitia. In- digentia non est talis; alioqui debens Petro centum aureos indigenti, pro complemento sua fortunæ, mille aureis non satisfaceret justi- tialiter reddendo centum.

* E

R E S P O N -

R. P.
TH. MLOD
1. 10. 1. 4.
D. VI
6

RESPONDETUR. Nego Minorem. Nego item indigentem mille aureis, indigere in exemplo adlato indigentia Aristotelica explicata, plus quam centum aureis: quia cum superabundans, quo explevit sui debitoris indigentiam, fuerit centum, non indiget a creditore plus sibi dari justitialiter, licet habeat indigentiam vulgariter.

SE CUNDUM Principium. Jus in exigente debitum, debet esse compulsivum ad satisfactiōnem. Indigentia non est talis: quis enim potest me compellere ad dandum alteri librum: quia ipsis libro indiget?

RESPONDETUR. Indigentiam non quodocunque nec vulgarē, sed Aristotelicam h. e. quae est principium in communione vitæ suo superabundanti expletivum indigentia alius, requiri ut sit compulsivum, talis autem indigentia non ponitur ab argente.

3. PRINCIPIUM. Jus in exigente debitum, est in potestate exigentis positum, ita ut ei pro arbitrio renunciari possit. Indigentia autem non est posita in voluntate indigentis, sed est, ut plurimum effectus necessarius.

RESPONDETUR. Quod indigentia descripsa superabundantis quod respondeat ad superabundans, quo alius, explevit alius indigentiam, cadere possit sub potestate indigentis, eique renunciari potest; licet vulgaris indigentia, non cadat sub eam potestate.

INSTANT 2. Ex absurdis. Indigeat Joannes & Jacobus equo Petri. Joannes solvat premium equi, Jacobus non solvat, in solo Joanne erit jus & tamen in utroque indigentia. Deinde, si quis pauperum veniret ad mercatorem divitem, exigendo centum, eo quod illo indigeat; responderetur illi, quid ad me, quod tu indigetas, cura tuam indigentiam aliunde, & non ex meo marsupio? Quod ulterius fundatur in hoc principio, quia jus est, ratione cuius, aliquid est meum vel tuum, talis autem non est indigentia.

Denique posita inæquali indigentia vendendum, deberet inæquale premium dari ab emente. Et ita, si pro eodem calice parando, unus plus expenderit ratione onerum civitatis, conductæ domus, &c. similia, posset plus accipere, quam alius, qui tantas expensas non fecit.

RESPONDETUR. In solo solvente Joanne, est jus exigendi equum: quia in solo Joanne est indigentia Aristotelica: solus enim explevit superabundanti sua pecunia, indigentiam Petri. Pauper etiam non habet indigentiam Aristotelicam respectu mercatoris: quia nullo sua fortuna superabundanti, explevit indigentiam mercatoris: semperque haec indigentia formabit meum & tuum, quando erit principium intentione communionis vitæ explendi superabundanti suo, alius indigentiam.

Quod attinet ad inæquales indigentias: is qui plures expensas fecit, potest justitialiter, ceteris paribus, plura exigere; attolluntur enim pretia ex talibus circumstantiis; sed quia emens indigentia sua potest satisfacere cum minoris superabundantis expensa; ita tamen, ut indigentia alius venditoris satisfaciat; ideo potest licet emens diminuere pretium, dicendo, per accidens se habere ad præsens, illas expensas.

INSTANT 3. Potest esse jus verum, sine omni indigentia: quia aliquis millionum dives, non indiget tot, & tamen habet jus ad, & in suam pecuniam.

RESPONDIT Aristoteles. Quod possit aliquis pro futuro tempore indigere, adeoque habere Sponsorem nummum; præcipue cum quæcunque divitiae exauriri possint, majoribusque indigeant expensis. Indiget item ne suum superabundans fiat alienum, se non volente, & hæc indigentia est jus, quo se tueretur contra furtum.

COLLIGES. Huic indigentia, quæ est, principium intentione communionis vitæ v. g. contrahendi, obligandi, excludendi suo superabundanti indigentia alterius, respondere debitum, tanquam relativum juris, ut alter suo superabundanti expletat illam.

QUÆRES. Cūm indigentia, quam appellamus Aristotelicam, sit mensura justi, quomodo hæc indigentia erit ipsum jus, seu justum formaliter? Respondesti potest. Quod sicut ratio disaggregativi visus, est ipsum disaggregativum formaliter, sicut item ratio frigidus, est ipsum frigescitum formaliter; ita & ratio æquandi, seu, quod idem est, mensura justi est ipsum jus, seu justitia formaliter. Quod ipsum in hanc Majorem refolvitur. Ratio formalis alicuius, est ipsum illud formaliter, supple, ut Quo, acceptum; jam autem ratio formalis justi, est ipsum jus, adeoque illud jus, erit ratio justi formaliter, supple, ut Quo, accepti. Et quia hoc jus ut est probatum, est ipsa indigentia, hinc indigentia erit ratio ut Quo justi formaliter.

Punctum Difficultatis 3.

Explicatur Jus Institiale ex Sancto Thoma.

Instemus doctrinæ Sancti Thomæ, inclusæ hic q. 58. a. II.

PRÆMITTO I. In omni questione, que est de conceptu rei alienus definitivo, attendi debere inter alia ad coequationem definitionis & definiti; hoc ipso enim non essent idem. Et quia contra æqualitatem peccatur & excessu & defectu, ad

Disputatio II.

51

ad utrumque in definitione attenditur. Si enim aliis conveniat, quam definito, est in aequalitas per excessum, peccaturque contra Regulam definitionis, quæ debet convenire ioli. Si autem non omnibus definitis conveniat, est contra aequalitatem per defectum, peccaturque contra Regulam definitionis, quæ debet convenire omni. Et quia essentiam rei definitio explicat; essentia autem rerum sunt aeternæ, debet convenire definitio semper, & per aeternum, quod in se habet omnem differentiam temporis. De quo fuisus in Auctorita de Pœnitentia.

PRÆMITTO 2. *Quod in formalitatibus definitivis attendi ad hoc indispensabiliter debet, ut ille sint ultimum resolutorium, & terminatum questionis de natura rei.* Probat hoc inductio: nam male definitur homo, quod sit animal risibile, cum risibili detur prius. Cujus inter alias haec ratio est. Quia definitio est principium scientiarum, notitiarumque evidentiū; principium autem debet non habere aliud prius in illo genere; si autem non debet aliud prius se habere principium, debet esse ultimum resolutorium: haec enim in idem coincidunt in linea essendi. Addo, definitio esse primo essentialē conceptum; debet ergo procedere per prima: quia hoc ipso non esset essentialis conceptus: primum autem coincidit cum ultimo resolutorio, sicut & principium est ultimum ab illa parte lineæ.

PRÆMITTO 3. *Unde sit cognoscenda ultimum resolutorii contenti in definitione.* Certum est, non esse dignoscendam ex hoc, quod sit extinctiva omnis alias interrogationis: est enim humanum ingenium, interminabilium quæstionum repertivum; & si deveniretur ad extinctivum omnis interrogationis, quale est illud, quodlibet est vel non est, hoc ipso non esset definitivum rei, de qua queritur, utpote commune pluribus: quia tamen definitio debet procedere per prima, adque ultimum resolutorium, consequenter extinctivum interrogationis, id ita accipendum erit, ut omnis definitio sit extinctiva interrogationum, legitimè, retenta illa materia, formabilium: si enim in alia materia formentur interrogations, jam non de definitione queritur: tunc autem sunt formabiles interrogations, quando potest prior & clarior dari conceptus: illud enim prius, erit resolutorium. Sed si potidebet non nisi inductio, illa non adferet priorem conceptum, nec definiter rem. Item si debeat non nisi notificari termini: nam tenet a hujus percipientis, cui hoc est notificandum, non destruit bonitatem & claritatem definitionis; sed debet esse aliquid prius & clarius secundum objectivam formalitatem, quæ si

non adferatur, & cætera sint paria, bona, erit prædicta definitio. *His premissis*

Jus nihil aliud erit, quam, quod suum. Seu, Titulus ad suum. Vel alia phras. Ratio quare hoc quidem suum est. Vel mei & tui ratio in rebus objectivè spectata. *Quod ipsum*

EXPLICATUR. Fundamento habito ex S. Thoma citato. Objectum materiale justitiae est operatio externa: formale autem ejus est honestas aequalitatis ad jus alterius, seu ut loquitur S. Thomas *secundum quod ipsa*, supple operatio vel res, qua per eam utimur, proportionatur alteri personæ, ad quam per justitiam ordinamur. Porro tunc ad alterum per justitiam ordinamur, quando illi reddimus justum, hoc autem est justum unicuique personæ, quod est suum, consequenter id, quod erit ratio: quia hoc quidem suum est, idem erit & jus. Recurrit *Ly. suum* in explicatione juris Esperza & Dicast. tr. i. d. i. n. 25.

RATIO 1. Explicationis est. Quia verus estiste expositorius. Hic faciens actum justitiae est reddens hoc, quod jus est. Sed hic faciens actum justitiae, est reddens quod suum est. Ergo hic reddens, quod suum est, est reddens hoc, quod jus est. Ergo, ulterius, quod suum est, & jus idem erit. Quia, alias reddens quod suum non redderet, quod jus est: siquidem haec duo non idem essent.

RESPONDEBIS. Quidquid sit de re subiecta, præcisè spectata, vi Formæ, non videtur ex illo Syllogismo expositorio, rectè inferri. Ergo quod suum est, & jus idem erit, non magis, quam si quis argumentetur. Hoc volans, est movens alam dextram. Hoc volans est movens alam sinistram. Ergo hoc movens alam dextram, est movens alam sinistram. Ergo ulterius, ala dextra, & ala sinistra, idem erit.

CONTRA. Tum quia. In Syllogismo, qui opponitur prædicto expositorio, committitur fallacia accidentis: nam ex eo, in quo convenient movens alam sinistram, cum movente alam dextram, nempe in ratione volantis, arguitur ad id, in quo non convenient: neque enim motus ala sinistra, est motus ala dextra. Nihil horum est in Syllogismo à nobis formato. Tum quia. Syllogismus, qui opponitur, est ex particularibus, licet illi vocaliter addatur *Ly. haec.* Ex eo autem est ex particularibus: quia inter subjectum & prædicatum non est coæquatio, consequenter, non est in illo (ut alibi dicitur) accommodata distributio: alicui enim tantum, quod est volans, competit esse motus ala dextra, & non omni: cui competit volare. Est autem adæquatio requisita & accommodata distributio in Syllogismo à nobis posito: omni enim cui competit, esse facientem actum justitiae, competit, esse redditentem alteri, quod alterius est, & esse redditentem,

* E 2. quod

R. P.
TH. MEOD
J. J. J. W. S. K.
T. 3. c. 4.
D. VI
G

quod suum. Tum quia, in expositorio à nobis posito, in Majori ponitur pro prædicto definitum, in Minoris definitio: Jam autem motus alæ sinistræ cum motu alæ dextræ, non sunt sicut definitum & definitio: Ad defendendam rationem secundam propositam, & per noscentiam vim expositori; legantur dicta in 1. Parte disp. ultima n. 21.

RATIO 2. Id est definitivum juris, quod adhibent legitimè omnes ad explicandum jus, sed Ly, quia hoc, suum est, adhibent omnes legitimè ad explicandum jus. Quod probatur Inductione. Et ita si aliquis perdat librum, inventori dicit, redde, non habes ad hoc jus, meum, non tuum est &c. Ergo appetit legitimè quod suum est adhiberi ad explicandum jus.

RATIO 3. quia prædicta definitio, omni, soli, & semper juri convenit: procedit per primam & reliquæ explications ad hanc revocari possunt tanquam ad aliquod prius: verbi gratia, tenet hæc illatio: hic præferri debet in habenda hac re. Ergo illa, sua est, bene item arguo, suum est. Ergo sequitur, ut possit hoc cadere sub legitimam illius dispositionem, depositaque Ly suum, dispositionis libertatem, per modum proprietatis ad id quod suum est. Ergo sequitur, ut sine injurya, non possit auferri. Imò ex ipsa expectione suo superabundanti indigenitæ alius, tenet tanquam ad superiorius, consequentia. Ergo hoc suum est. Licet explicatio per indigentiam sit cæteris magis resolutiva formalitas, proximiusque ad præsentem accedit. Si autem cæteræ sententia in hanc resolvuntur, hoc ipsum illi præ cæteris adfert probabilitatem.

DICES 1. Ly Ratio, est terminus nimis Genericus.

RESPONDETUR id non obstat, cum non possit adferrigenus inferius, præcipue cum ipsum jus nimis latè patet. Ly autem Ratio, debet hic sumi pro objectiva formalitate, non autem, pro formalis, seu actu intellectus.

DICES 2. De hoc ipso quæri, quare hoc quidem suum est?

RESPONDETUR. Quæri quidem, sed ad hoc ulterius responderi non potest in linea justitiae per aliquid prius: per quid enim? sed fieri nonnisi inducitur mera, exemplificando jus in hereditate, emptione, distributione &c.

DICES 3. Hoc, quod est aliquid, esse suum, potest accipi, pro affectio amoris, pro suo, ratione superioritatis v. g. est suus, hoc est subditus. Ergo Ly esse suum ambiguum est.

RESPONDETUR. Ly suum dictum de amico vel subdito, nunquam absolute significat, sed cum addito expresso vel tacito: quia inclusio in aliquibus circumstantiis, & ita, si quis complectens alium, dicat, meus est, supponitur pro, amicus; circumstantiaeque amicitiam significant. Si quis Prælatus interrogetur, qua-

re tam libere mandet? respondebit, meus est, sed ipsæ circumstantiae supponunt pro subdito, & significant eundem æquivalenter. Jam autem sine ullo addito sufficit in justitia dicere, suum est; quale sine addito suum ponitur in definitione. Denique in explicando esse id suum, in aliis materiis semper recurretur ad titulum, quires ipsas non dicit, sed affectiones, ordines voluntatis, adeoque non justitiales titulos. Jam autem esse suum justitiale, semper ex rebus sumitur, recurrendo & involvendo medium rei, quod est nota justitialis.

DICES 4. Hæc explicatio solum ostendit, quid sit jus, & non, quæ res sit jus.

RESPONDETUR. Quid sit & quæ res sit, non condistingui in explicacione formalitatum universalium: cum ipsæ, non sint demonstrabiles in se. Unde sufficerit, quæ res sit jus, solum in individu demonstrari, nempe est emptio hæc, distributio hæc &c.

DICES 5. Nemo hanc sententiam docuit.

RESPONDETUR. Docuisse S. Thomam ex Ulpiano in definitione justitiae innuereque ilam Esparza & Dicastro.

DIFFICULTAS II.

An Ius sit designatio Iuridica Terminorum libertatis?

Discutienda hic est explicatio juris, quæ utitur Antonius Perez.

PONEBAT 1. Totam hanc difficultatem in duobus confistere. Primo. In exponendo genere boni, quod adfert justitia, & aufert injuria. Secundo. In exponendo fundamento colligationis justitiae.

PONEBAT 2. Bonum, quod adfert justitia, non esse bonum v. g. pecuniarum, famæ, &c. sed bonum libertatis, arbitrii, ut potens dirigi per prudentiam monasticam, ad suam felicitatem liberam. Dicitque hoc per se patere: constat enim bonum debitum per justitiam, esse suum, seu illius, cui debetur; nihil autem dicitur esse suum propriæ, nisi per respectum ad dominium, ad libertatem. Unde nec quælibet actio, elicita ab homine, vocatur humana: sed nonnisi libera: quia nonnisi liberæ actionis dominium habet.

PONEBAT 3. Inter partes felicitatis præcipuam esse cognitionem veram: quia miseria illi contraria, cognition falsa, omnes infelicitatis partes adfert, errorem, gaudium falsum, denique dolorem, vel inquietudinem, hinc impeditio etiam scientia veræ, erit injuria, quam injuriam facit peccator, non consentiendo gratiæ oblatæ, per quem dissensum, impedit, ne sciatur consensus gratiosus à Deo. His positis

INFE-

Disputatio II.

53

INFEREBAT. Quod bonum, quod nobis tribuit justitia, sit bonum libertatis, non impedit per alienam libertatem, utentem vel fraudem vel impeditio scientia, ab executione electionis rationabilis & prudentis, secundum prudentiam Monasticam. Ut autem explicaret originem obligationis justitiae.

PONEBAT 4. Originem obligationis justitiae, nihil aliud esse, nisi designationem non plus onerantem, quam faventem, designationem inquam, terminorum libertatis uniuscujusque pacto expresso, vel presumpto factae, ex fine, at unusquisque securè à vi, fraude, impeditio ne, posse sua prudentia monastica uti, exequendis, quod sibi per electionem prudentem rem videtur.

PONEBAT 5. Designationem juridicam, triplicem esse. Primam materialem, ex ipsa re natura cognoscibilem, quæ precedit omne pactum, & legem positivam. Aliam legitimam constitutam lege. Tertiam ex pacto & contractu. *Hinc*

INFEREBAT. Rem suam alicujus, esse eam, cuius possessio, ipso debetur obligatione justitiae instituta in gratiam, & favorem ipsius, tanquam finis, non servientis utilitatis alienæ, sed suo arbitrio, & monasticae prudentiae reliqui. *Hac explicatio*

NON SATIS FACIT Primo, quod ad substantia doctrinæ. Tum quia, non recte explicatur jus per designationem juridicam, cum ipsa ignoretur juridicitas, quid sit, quarendoque, quid sit jus? queritur de ipso; quid sit juridicum? Tum quia, per Respondentem, rem esse suam, est esse tem, cuius possessio debetur obligatione justitiae; hoc autem videtur esse circulus: quia si queratur, quid est jus? responderetur, quod facit esse suum obligatione justitiae. Si queratur, quid est obligatio justitiae? responderetur, quia est ex jure, en circulum: ignoratio enim uno correlativo, ignoratur & aliud. Tum quia, non recte explicatur jus per hoc: quia illi opponi, est facere injuriam. Ergo, nec per hoc, quia inducit obligationem justitiae, eò quod ignorantis jus, & injuria & injustitia sit ignota. Imò rectius per injuriam explicaretur: contraria enim, penes se posita, magis elucideantur: eo quod ea, quae se heterogeneæ quodammodo habent, vel ipsa diversitate specieum juventur ad excitandas plures species objectorum, deservituras ad rei notitiam fabricandam.

NON SATIS FACIT 2. Attendendo ad principia, quæ assument. Tum quia, quod libertimus, hoc à natura habemus, sed quod libertate circa hoc vel illud uti possimus, extractione tituli in illam rem, de quo queritur, quis sit illa? Tum quia, negatur perse patere, quod bonum: quod ad fert justitia, non sit etiam in rebus, sed in dominio non nisi circa res: si enim

bonum, quod intendit justitia, est medium rei: quomodo hoc bonum, non erit situm etiam in rebus? Tum quia. Concedo quidem, quod aliquid dicatur suum per respectum ad dominium, sed nego etiam res, non dici suas, circa quas, ipsum illud dominium versatur. Tum quia. Concedo quidem quod sola actiones liberae dicantur humanæ, sed nego, quod sola liberae, sint suæ: si enim aliae actiones sunt hominis, quomodo non suæ? Tum quia. Aliud est libertas, aliud & justitia. Ergo & bonum, seu objectum utriusque erit diversum. Ergo bonum justitiae, non erit bonum libertatis. Tum quia. Immerito assument, justitiam procedere secundum prudentiam Monasticam; cum procedere possit, etiam secundum prudentiam Politicam in distributionibus: Tum quia, immerito assument omnem universaliter errorem adferre secum inquietudinem: hæc enim non habetur in heretico materiali, qui suum errorem, possidet bona fide.

NON SATIS FACIT 3. Attendendo ad prioritates & formalitates rationis. Tum quia: Quando ego habens jus designandi, designo, ut hoc huic detur, prior est mea designatione, quæ est causa juris in alio, quam jus, quod est effectus. Ergo, per designationem non recte explicatur jus: nam hic non queritur de causis juris, quasi effectivis; sed de praedicatis, quasi constitutivis.

Neque valet si dicas, designationem activam esse causam juris, sed non designationem passivam. Contra erit, quia hoc ipsum non est expressum, & urgent alia argumenta allata & adferenda. Tum quia. Designatio hæc, ut vocatur passiva, concipienda est per modum posterioris ipso jure: quia etiam designatione, quæ Petrus designat, ut hoc huic debeat, supponit jus in Petro. Deinde, ex modo nostro concipiendi, non ideo ego habeo jus, quia hi sunt termini meæ libertatis circa hoc: sed ideo habeo hos terminos, quia habeo jus: sicut, non ideo, quia hi termini sunt meorum agrorum, ego habeo jus ad illos: sed ideo habeo hos terminos, quia habeo jus. Ergo & in praesenti, idem dicendum, effluetque potius designatione terminorum ex ipso jure: sicut in physicis ex quantitate provenit habere tantos terminos, & non extant terminis quantitas. Siautem hæc designatione est quid posterior. Ergo juris explicativa non est; hinc enim queritur explicatio: per prima: Tum quia, designatione, si non sumatur inducitivè, juris in alium, nihil aliud formalissimè est, nisi ipsi termini libertatis; termini autem libertatis utendi, sunt quid negativum, sicut & termini quantitatis. Siautem termini libertatis sunt quid negativum juris, & non formalitas positiva, primò essentiali conceptu non expriment; quia negativum, non est de primo essentiali conceptu positivi: esse autem jus;

*E 3 positi-

R. P.
H. MLOD
1810 WSK
Tom 3. c. 4.
D. VI
6

positivam qualitatem, communis apprehensio confirmat, & ratio inter alias, quia sequeretur *ly sine jure*, esse quid positivum, utpote negationem negationis, *ly autem sine jure*, non est quid positivum; alias negatio ipsa, in ipso *sine*, (*leu non cum*) inclusa, esset quid positivum. Tum quia, *jus* est quasi concretum, cuius concreti constitutiva, habentia se per modum prioris, sunt prædicata, & partes definitivæ *juris*, designatio autem juridica, non est talis, cum pro illo priori, quo debet antecedere *jus*, jam supponeret *jus*, *à quo* juridica denominatur. Tum quia, termini in *physicis*, eorumque designatio, facit, ne ulterius aliiquid extendatur; hoc autem quod sit aliiquid tantum, potius habetur ab entitate positiva quanti. Ergo etiam & designatio juridica terminorum libertatis, potius debet a nobis concipi quasi faciens, quare ulterius non habeatur *jus*. Ergo, dandus est alius conceptus hujus formalitatis, quæ est habere ad hoc *jus*.

DIFFICULTAS III.

Impugnantur aliorum Explicationes.

EXPLICAT 1. Lugo. Sect. 1. n. 5. Quod *jus*, quod respicitur a *justitia*, & ponitur in ejus definitione, sit *Prælatio* quædam moralis, quia hic homo præfertur moraliter aliis, in usu talis rei, propter peculiarem connexionem, quam res habet cum eo, *v. g.* fera habet peculiarem connexionem cum eo, *à quo* capta est, si autem Dominus det illam alteri, jam fera habebit peculiarem connexionem cum hoc secundo, quatenus donator transfert moraliter in eum connexionem, quam ipse habebat ratione capturæ. *Hac explicatio*

NON SATISFACIT 1. Quia per idem ad idem respondet. Si enim queram, quid est *jus*? respondet *Prælatio* moralis ad hochabendum, interrogo, *hæc Prælatio* potest esse non *justitialis*? per quid constituetur in ratione *justitialis*? respondet *Prælatio*, per hoc, quia habet *Prælationem* connectentem illam rem in bonum ipsius habentis *Prælationem*. Quero, potest haberi illa *connexio*, & non esse *justitialis*, cur non enim? per quid ergo constituetur in ratione *justitialis* *connexio*? recurrere que debet ad *jus*, adeoq; idem per idem explicabis.

NON SATISFACIT 2. Quia, ut communiter urgetur, invenit Paulus rem Petri, uterque habet connexionem cum *re* in bonum proprium, peccare que contra *justitiam*, qui Paulus illam surriperet; & tamen Paulus respectu Petri, non habet *jus*; inquirō, quare? quia non habet *Prælationem*, quero hic *titulo* *inventionis* habet *Prælationem*, hic *titulo* *possessionis* habet in *re*, quæ erit *ratio* *discernendi* has *Prælationes* & *connexiones*? illaque si erit *legitima*

ma; erit quæsum illud *jus*. Urget item *Espara*, q. 2. non rectè definiret homo, quod sit animal præferibile brutis, sed esset ostendenda radix illius *Prælationis*. Ergo & in præsenti idem præstandum.

NON SATISFACIT 3. Pensamus has duas causales. Ideo habet *Prælationem*, & connexionem in *re* in suam utilitatem, quia habet *jus*. Ideo habet *jus*, quia habet *Prælationem*. *Hæc posterior causal*, importat aliud simile ei, ideo est homo, quia est risibilis, rationali illa propositione, utrobiusque aliiquid posterius inferente. Struatur item *imaginatio*, quod unum istorum sit emanativum *physicæ*, & aliud emanabile *physicæ*, certè non *jus* ex *Prælatione* emanaret; sed ex *jure* *Prælatio*. Sicut *Prælatio* non emanat dignitatem: sed *Prælationem* dignitas, hinc ideo aliquis præfertur: quia est dignus. Quod si *Prælatio* illa & *connexio*, est quid posterius *jure*, non potest esse definitiva *juris*: quia hic queritur de definitivo, per prima.

ADDO. In dominio duorum in eodem instanti, de quo postea, non posse ostendi *Prælationem*.

EXPLICATUR 2. communiter post Less. quod *jus* sit legitima potestas, ita aliiquid exigens, ut si absque debita causa illi contraveniatur, *injuria* inferatur. *Hæc explicatio*

NON SATISFACIT. Tum quia. Nominis legitimæ potestatis venit juridica potestas, non quæcumque de hoc autem ipso queritur, quid sit ista juridica, quid legitima potestas? Tum quia, malè describitur, *jus* est legitima potestas exigendi, cui si contraveniatur, fiat contra *jus*. Ergo etiam, cum explicatur per *injuriam* non rectè procedetur: quia *injuria* nihil aliud est, quam oppositio ad *jus*. Et sicut calor non rectè explicatur, per non frigere oppositum; ita & in præsenti. Tum quia. Nulla unquam est debita causa contraveniendi *juri*, & si habetur hæc causa, jam saltem protunc, non est illud *jus*. Ergo, immo mentio fit contraventionis *juri*, absque debita causa.

RESPONDEBIS. Nominis *injuria* non venire formalitatem contrariam *juri*, sed inæqualitatem, trahentem secum obligationem restituendi, vel certè læsionem aut diminutionem in suo.

CONTRA est. Quia si queratur, hæc ipsa obligatio restituendi, unde trahatur? nihil aliud respondebitur, nisi quia est contra *jus*. Ergo, à primò ad ultimum, *jus* erit legitima potestas, cui contraventio, est contraventio contra *jus*.

Concedo quidem, quod responsio per definitionem non debeat esse per aliiquid distinctum, debet tamen esse per clarius, quod hic non servatur.

EXPLI-

Disputatio II.

55

EXPLICATUR 3. jus de quo hic, ex Esparza,
q; quod sit libera facultas disponendi de re ali-
qua, in utilitatem propriam, non impedibilis li-
cite ab aliis. *Hec Explicatio*

NON SATIS FACIT. Tum quia. Videtur
hac facultas disponendi esse posterior ipso jure,
ex illoq; fluere. Sicut ex ipso habere, ait dis-
ponere. Tum quia. Ly non esse impedibilem
licite illam facultatem, vel supponit pro Ly non
impedibilem sine injuria, & restabit querere,
quid sit fieri injuriam, vel contrajus? Si autem
supponit pro Ly non impedibilem sine peccato,
nil erit, quo constituant illa definitio per
predicata justitia, justitiamque importan-
tia, cum illam peccatum non importet.
Tum quia. Non repugnat habere potestatem
in utilitatem propriam in impedibilem licite,
non tamen justitiale: & sicut posita definitio
hominis; quod sit animal implume, bipes,
recte argueretur non repugnat esse hominem
plumatum, & unipedem, ita & in praesenti, per
Ly non repugnat, adlatum, bene illa definitio
impugnabitur. Tum quia. Non debet esse ea-
dem definitio juris & dominii: habet se enim
jus ad illud, vel tanquam genus ad speciem, vel
tanquam radix ad passionem. Jam autem do-
minum praedicta definitio ordinari defini-
tur. Tum quia. Est aliquid jus ad rem, & ta-
men habens jus ad rem, non habet liberam po-
tentiam disponendi ut voluerit. Ergo apparet
non bene definiti praedicto modo, jus in com-
muni.

QUESTIO II.

De jure in quantum importat dominium.

A gemus hic de dominio, sive illud conci-
piatur per modum juris perfecti, sive per
modum passionis, ut ita, juri, quod est quedam
forma, respondeat sua passio. Quidquid sit de
hoc, sit

DIFFICULTAS I.

Quid dominium, & quae ejus divisio?

Dominium, ut sic, prout est quid commu-
nus ad dominium proprietatis & jurisdi-
ctionis, definiti posset, quod sit jus disponendi.
Dividitur in jus proprietatis & jurisdictionis.
Jus proprietatis, est jus disponendi in utilitatem
propriam. Addi solet communiter, absq; in-
juria alterius. Jus autem jurisdictionis est po-
tentias disponendi titulo superioratus, idque in
bonum alienum, & hoc revocantur jurisdictiones,
carumq; species variae.

Quod attinet ad dominium proprietatis, il-
lod dividitur in dominium communitatis, &
particularium. Dominium communitatis du-
plex est: quoddam, ut bono, in quo est dominium,
singulae partes communitatis, quæ tales, uti
possint, v.g. filvis, vocaturque dominium loco-
rum, jus universitatis &c. interdum autem do-

minio illo, non utitur communitas, nisi quæ com-
munitas est, sive ad sumptus communes. Do-
minum autem particulare, erit dominium sin-
gularis alicujus personæ. Rursus hoc ipsum
particulare, dividi potest in dominium exclu-
dens participem ad eam rem, vocaturque
dominium plenum, non plenum autem, si non
excludat.

Denique potest dividi dominium proprie-
tatis in dominium perfectum, quod ad proprie-
tatem rei, simul cum fructibus, extendi solet,
definitivè est, jus perfectè disponendi de re,
nisi lege prohibetur. Non additur de re cor-
porali, ut ponunt Legistæ, ut extendatur ad o-
mnia bona justitia, qualia sunt fama, honor,
&c. Additur nisi lege prohibatur: quia certas
aliq; dispositiones faciendas ex jure Basilo seu
jure privato, potest restringere Magistratus, ti-
tulo juris alti, sive convenientis altiori potesta-
ti, supra bona privatorum, quantumvis haec re-
strictio, non sit defectus dominii. Imperfectum
autem dominium est adhuc duplex, in substan-
tiam, & non in fructus, vocaturq; imperfectum,
directum; personaque illo jure gaudens, voca-
tur Dominus proprietatis. Si autem non ha-
beat proprietatem ullam, sed solum usum fru-
ctuum; vocabitur dominium usus fructus, mul-
tiq; cum Soto & Val. dicunt hoc esse improprie-
dominium. Videatur Tan. d. 4. n. 12.

Hic ipse usus fructus adhuc duplex est. In-
terdum enim est cum jure, ut vocant, utendi,
usum juris sumendo sine ullo dominio, defin-
iturque talis usus, jus utendi re aliena, salva ejus
substantia; vocaturq; usus formalis, usus fru-
ctus &c. Si autem non sit cum tali jure; sed
non nisi de die in diem competat, appellatur us-
us nudus; possessorque talis vocatur usuarius.
Prior autem usuarius, hique, inter alia dis-
tinguuntur: quia usuarius non potest alterie-
jusdem rei uolum communicare, potest usu fru-
ctuarius. Lugo d. 2. n. 39. ponit, quod usufru-
ctuarius sit dominus fructuum, secus merè usu-
arius. Usufructuarius quantumvis potiatur usu ab-
solutè revocabili, non tamen revocabili ad pla-
citum; secus usuarius, ut innuit cum aliis Tan-
ner citatus q. 1. n. 22.

Inter species dominii, est etiam servitus non
passive accepta: sic enim est subiectio dominio,
adeoque parentia dominii, sed in quantum facit
aliquid alienum, sibi servire. Reliquæ divisio-
nes videantur apud alios.

Quia autem ad dominium etiam possesso
spectat, illa definitivè est externa detentio rei
ex animo, juris administriculo concurrente. Sicq;
formata definitio etiam Theologis serviet. Di-
visio possessionis, & modi illam acquirendi, ab
aliis decurruntur. Dicetur aliquid à nobis in
materia practica.

Si quereras. Undenam emanavit divisio do-
miniorum? Responso communis est, emanat-

R. P.
TH. MELOD
18. 10. 18. 4.
D. VI
6

se eam ex cōpunctione juris gentium. Tum quia. Ita habetur capite. jus gentium, dist. I. & L. ex hoc jure ff. de jure & iustitia. Tum quia. Universalis locutio Scripturæ: *Dominamini piscibus maris & volatilisbus cœli, irrestrictum dominium singulis competere notat.* Ergo, per a-liquid aliud, restringi debuit: & hoc quid aliud, quām jus gentium? Tum quia. Cum non esset Ratio sub initium mundi, quare hoc potius hu-
jus, quām illius fuerit, debuit hæc ratio jure gentium formari, ocurrendo negligentiis & malitiis humanis: censeturq; hæc divisio facta ab Adamo, tanquam capite, & à Noë post diluviū; quamvis autem, ei quod est de jure na-
turali præceptivo, non possit contravenire jus gentium, utpote subditum illi priori: si tamen jus naturale, sit nonnisi permisum, & quasi su-
spensum, quoadusque oppositum ex pacto non fiat, oppositum bene potest jure gentium intro-
duci: ad eum modum, quo nuditas homini-
ni est naturalis non præceptivæ, sed permis-
ivæ, quoadusq; non fuerit rebellio sensitivæ par-
tis contra rationem: quia autem hæc divisio bonorum rationabiliter est facta, hinc in casu
extremæ necessitatis redduntur adhuc bona
communia omnia, quantum requiritur ad ne-
cessitatem.

Revocari huc debet Præscriptio & iusca-
pio. Nomine Præscriptionis (apud Laym) ve-
nit exceptio, seu oppositio, adversus actionem
Actoris, non inficiando ejus fundamentum, sed
aliquid opponendo, ob quod fine vel efficac-
itate sua privetur. Usu autem capio, ex Mode-
stino, est acquisitio dominii, per continuatio-
nem temporis lege definita: plura, sed non spe-
culativæ noscenda, lege apud alios. Materiam
de dominio examinando. Erit.

DIFFICULTAS II.

*An dominium ejusdem rei, possit esse penes
duos in instanti donationis?*

Petrus est donans. Paulus donatarius, quæ-
ritur: An in instanti donationis uterque ha-
beat dominium?

PRÆMITTO I. *Actum donationis, tam ab An-
geliis, quām ab hominibus posse fieri internè uno in-
stanti, & eodem acceptari: & quidem de An-
geliis non est tanta difficultas: nam cum sint puri
spiritus, & ad manifestationes mentis sensibili-
bus & divisibilibus signis non indigentes, pote-
rit uno eodemque instanti hic donare, ille ac-
ceptare: quia nulla est in hoc repugnantia. Su-
ficit enim, ut pro priori naturæ, accepter, intra
idem instantis temporis. Vel si in hoc habeas
difficultatem, pone suppositionem impossibi-
lem, & institue questionem: An, si per impossi-
ble uno eodemque instanti fieret donatio, & ac-
ceptatio, uterque tunc est et Dominus rei? De
hominib⁹ major est difficultas, an possint dona-
re, acceptare, dum adstrictè sensibus agunt. Et*

quidem, quod aliquo casu possit id fieri, saltem
in donatione vel acceptatione conditionata,
dubium non est; quia posset dicere Petrus, do-
no illi rem hanc hoc instanti, casu quo ille ha-
beat hunc actum; accepto si mihi hoc instanti
res illa offertur, quid autem repugnat, ut ha-
beatur hic actus ab alio? Deo, in modum bo-
nae fortunæ injiciente, ut habeatur hæc mens,
multoq; magis id evenire potest in statu sepa-
rationis, vel in patria, ubi modus noster agendi,
habebit conditionem spiritualis modi agendi,
vel si condicte tempore pergaunt uterq; in acti-
bus, hic donandi, ille acceptandi. Sed si do-
natio debet signo externo manifestari, indubie
naturaliter hoc fieri non poterit, quia instantaneis,
sensibilia non mensurantur. Cæterum
saltem miraculose id fieri posset, Deo v. g. ma-
nifestante eodem instanti, donationem alius, &
offerente concussum, ad acceptandum.

PRÆMITTO 2. *Suppositio, quod eodem instanti
sat donatio & acceptatio, in hoc erit difficultas:
An eo casu uterq; sit Dominus in solidum, & per-
fectissime? in quo ipso non est difficultas in hoc,
an pro eodem priori naturæ, & intelligibilitatis
uterq; sit Dominus: quia per prius naturæ an-
tecedit donatio, utpote causa moralis, & saltem
prærequisitum ponendæ acceptationis. Ergo*

non pro eodem priori est acceptatio: quia &
per prius naturæ, antecederet donatio & non
antecederet per prius naturæ. Non antecede-
ret quidem: quia pro eodem priori naturæ, jam
est acceptatio; antecederet autem: quia di-
citur esse prius naturæ, omne autem prius, an-
tecessionem importat. Deinde, quando ali-
quis dicit: Dono, pro illo priori; quando dicit;
dono, vel donat, quia est acceptatio legitima, vel
donat, ut sit, si donat, ut sit: Ergo, pro priori
eodem non est; si donat quia est tunc accepta-
tio legitima: Ergo etiam non donaret pro illo
priori donans, haberetur jam dominium rei
a donatario: quia jam haberetur legitima ac-
ceptatio, quod est absurdum. Nec item in hoc
est difficultas: An sequentibus instantibus uterq;
sit Dominus? cum enim unius sit efficax
intentio, ut ubi fuerit usus sua potestate in do-
nando, impostum nullam habeat in seim po-
testatem, quomodo jam sequentibus instanti-
bus retineret dominium, nisi forte poneres do-
minium inspoliabilem proprietatem.

PRÆMITTO 3. *Varias usurpationes termino-
rum, quibus utuntur Auctores in hac materia, qua-
simil ostendunt varietatem. sentiarum circa
præsens punctum.*

1. TERMINUS. Est dominium in solidum: &
dominum perfectissimum: dicuntque primum
convenire in instanti donationis utriusque, non se-
cundum; sic docet Arriaga i.p.d.30.a.n.5. Una
de dominium solidum, dicunt esse dominium in
rem, non dividendam, nomine autem, perfe-
ctissimi, intelligunt dominium, quod dicit po-
testa-

Disputatio II.

57

testatem in rem, pro omni usu possibili. *Hec usuratio termini*

NON SATISFACIT 1. Quia non est majoratio de dominio solidio, quām, de perfectissimo. Ergo, concessu uno, concedi debet & aliud. Deinde, quando libertas definitur per posse agere & non agere, nihil obest, quominus ex suppositione consequenti, non possit agere, & tamen libere. Ergo etiam ad dominium sufficient, ut sit potestas antecedens utendi te, pro dominio possibili, quando non nisi ex suppositione consequenti non potest oppositum fieri.

NON SATISFACIT 2. dominium in solidum est dominii species. Ergo illi debet competere definitio dominii in genere, & tamen definitio dominii ut sic, modo sit legitima, importabit potestatem utendi re, prout libuerit. Ergo, & dominio in solidum convenient, consequenter illud dominium in solidum, erit dominium perfectissimum.

NON SATISFACIT 3. Tum quia, hīc agitur de dominio, quod jura prohibent, quā non prohibent dominium in solidum: possunt enim habere duo dominium equi. Tum quia. Dominium ex suo essentiali conceptu est in ordine ad usum. Ergo, & dominium in solidum debet esse ad perfectum & integrum usum.

2. TERMINUS est. Dominium formale & dominium virtuale. Dominium formale dicitur non haberi in donante tunc, sicut virtuale, nomine prioris venit potestas proxima, & immediata ad usum rei licitum, nomine posterioris seu virtualis, venit posse dare rem, vel retinere, hocq; in instanti donationis est etiam in donante, & non tam est dominium rei, quam iuris, quod potest generare in accipiente & abdicare a le. *Hec usuratio termini*

NON SATISFACIT 1. Quia potest donans habere dominium virtuale in primo instanti. Ergo & formale: verbis enim hāc differunt; quia posse dare, & retinere proximē à potestate proxima, & immediata, verbis differunt. Rursum usus rei licitus, & Ly donatio, & retentio licita, verbis etiam differunt: quia usus rei licitus, est quasi uno verbo exprimens, quod per plura dicit donatio & retentio licita, cumq; jus, sit relativum ad rem, si habet potestatem juris, habet etiam potestatem seu dominium rei, præcipue cum non tantum jus, sed & rem donet. Hinc si habet jus in ipsum jus, habet jus in dominium rei.

NON SATISFACIT 2. Quia ex doctrina respondentis sequitur, quod detur tunc dominium formale, attending ad latam ejus dominii definitionem. Velenim habet potestatem donandi vel non; si non. Ergo non donat, si habet, habetur intenti pars, quā eritur ex ipsa definitione formalis dominii, nempe quod in donante habeatur potestas. Rursum quāro, dum donat, vel proximē potest donare, vel re-

motē: si remotē. Ergo, non dat; sed dedit, si proximē. Ergo habetur altera pars intenti. Deinde eo instanti, quo donat, vel utitur illa potestate illicite? Ergo non donat, quia sine usu licito, nulla donatio; si licite? Ergo est illic usus rei licite: usus autem ille in specie, est donatio, consequenter convenienter definitio dominii formalis illi datori pro illo instanti, conveniet & ipsum dominium formale.

Neq; valet si dicas: quod in illo instanti non habeatur potestas, nisi ad usum dandi vel retinendi: quia ad hoc duo membra reliqua revocari possunt: & si ad hos duos usus habet potestatem, à pari, habebit & ad alios.

NON SATISFACIT 3. Quia, ut urget Lugo, dominium non est definitum per proximum & immediatum posse, sed per posse disponere; convenient ergo donanti definitum dominium: præcipue cum Argumenta oppositorum, etiam virtuale dominium excludant à donante.

3. TERMINUS est, quo utitur Esparza, & Haunoldus. Dominium esse duplex, radicale & incompletum proveniens ab extrinseco; & dominium formale & completum & proveniens à forma intrinseca. Prius illud est dominium conditionatum, & non est aliud, quam lex illa suprema, quā, quantum in se est, in certis quibusdam casibus, alios gravat in favorem unius, sub hac conditione, si favorem acceptet. Sic v.g. lex naturæ universalis est, ut qui aliquid invenit, sit Dominus rei, si velit, sed requiritur acceptatio, quā revocata, non habetur habituallis perseverantia dominii, sed aufertur, quā sublatio dominii intercedit, etiam in instanti donationis: hinc donatio, prout se tenet ex parte donatoris, non est usus dominii absoluti, sed conditionati, convenientis donatori per denominationem extrinsecam, provenientem à dominio absoluto instantis immediatè præcedentis, & à lege conditionatè favente, quatenus si nollet dominium præexistens in alium transferre, permaneret Dominus. *Hec usuratio termini*

NON SATISFACIT 1. Quia hoc dominium conditionatum & absolutum vel convenient in ratione dominii, vel non convenient; si non convenient, ergo, saltem alterutrum non est dominium, utpote cui generica definitio dominii non convenient; si vero dominio conditionato convenient definitio dominii, etiam illud erit potestas utendi re sua sine injuria, nisi lex prohibeat, consequenter, erit dominium, de quo hīc quæritur. Tum quia. Hīc quæritur de dominio, vi cuius ille in instanti donationis legitimè donatactu; dominium autem extrinsecum conditionatum, non est dominium, vi cuius possit aliquis donare actu: quia non est dominium distinctum ab eo, quod haberem, si rem invenissem, vi cuius dominii non dono quidquam actu, sed donarem: nisi dicas nihil omnino ha-

R P
TH MLOD
la JOWSKI
Tom 3. e 4.
D. VI
G

nō habentem, esse habentem omnia actu. Tum quia. Ex vi hujus doctrinæ sequitur, nullum omnino dominium convenire donanti: quia illud dominium est, quod haberet, si non donaret. Ergo, cum hæc conditio impleatur, transibitur jam in absolutum, nempe in non habere dominium; ad eum modum, quo legitimè dicco: si homo esset hircocervus, diceret identitatem hirci & cervi. Ergo cum non sit hircocervus, non dicit hanc identitatem. Et casu quo homo jam sit cervus, dicit hanc identitatem, transeunte conditionata in absolutam, ita cum illa conditionata, esset Dominus si condonaret transeat in absolutam, donat enim, sequitur, ut jam nullum ibi competit dominium; & tamen per oppositos aliquod dominium competere illi debet.

NON SATIS FACIT. Tum quia. Dominium illud conditionatum solum facit me posse esse Dominum: & sicut Deus non dicitur esse aeterno, conditionatus creator, sed tantum aeterno potens creare; ita & in praesenti idem dicendum. Tum quia. Nego, dominium illud conditionatum non esse aliud, nisi legem supremam faventem: quia dominium debet esse potestas potentis disponere, quæ non est lex, sed cui, & propter quod, favet lex; sicut moraliter objectiva non est lex Dei, de quo alias. Tum quia. Nego dominium tunc competens donatori, provenire nonnisi a dominio absoluto. Tum quia. Nego, quod illud dominium non possit dici intrinsecum, utpote defumibile a tali potestate, vi cuius, si nollet transferre dominium maneret Dominus. Tum quia. Nego dominium illud conditionatum non esse dominium in re, cum sit donatio, rei, quæ non potest esse, sine dominio in re. Tum quia, contra principia communia, admittit instans, post instans, nempe instans donationis, post instans immediate præcedens dominium absolutum.

NON SATIS FACIT 3. Tum quia. Dominium illud conditionatum; ve est potestas disponendi sine injuria, vel non? si est. Ergo, est dominium, quod intendimus, absolutum; si non est, ergo nec disponit. Ergo nec donat, quod est contra suppositionem. Vocaque illud dominium, ut volueris, modo concedas illud trahere secum potestatem disponendi sine injuria. Tum quia. Tota formalitas dominii non nisi conditionat ex eo habetur, quod pro tunc desinat moraliter acceptatio; id autem non convincit: quia ipsa libera non acceptatio, est aliqua dispositio, adeoq; supponens potestatem disponendi, consequenter dominium. Tum quia. Dominium illud conditionatum, conveniens homini per denominationem extrinsecam, provenientem a dominio absoluto, instans immediate præcedens, & a lege, conditionate favente: quatenus si nollet dominium præexistens in aliud transferre, permaneret Dominium

nus, involvit aliqua difficultia. Imprimis, quomodo ab instanti dominii, quod jam præterit, possit aliquis habere denominationem dominii, potestatemq; disponendi? sicut non potest habere ratione viventis a vita, quæ præterit, sunt quidem aliquæ denominations præsentes, a præterito defumibiles, sed illæ jam non restinguuntur ad tempus determinatum, ut v.g. denominatio absoluti a peccatis. In praesenti autem restringitur hæc denominatio nonnisi ad certum instans. Difficile item est, quomodo, si nollem dominium præexistens in aliud transferre, permanerem Dominus? qualis enim Dominus permanerem? non Dominus absolutus: quia ad formam hanc dominii, cuius privatio supponitur quidabitur regressus? non dominium conditionatum: quia alias hæc doctrina non plus haberet, quam quod si aliquis sit Dominus conditionatus, sit Dominus conditionatus. Deniq; difficile est, quomodo dominium illud absolutum, dum præsens est, non sit simpliciter inutile, cum nullus illius sit usus? usus enim illius est dispositio ad placitum, quæ per oppositos, non potest esse, quin ante dispositionem jam debeat periisse absolutum dominium: sicut inutilis esset vita, quæ nullum actu ponet, & si poneret, deberet præsupponi desisse.

Punctum Difficultatis I.

Quid tenendum?

DICENDUM est. In instanti donationis, tam donatorem, quam donatarium esse Dominum. Ita Lugo d.3. de Incarnatione seft. 1. & hic d. 2. n. 10. Arriaga, 1. P. d.30. Hurt. de Incarn. d. 12. Ripal. de Ente supern. d. 83. Aldr. de Incarnatione, d. 11. p. 4. est autem contra Bernal. d. 7. s.3. Esparza q. 49. Haunold. de Donat. S. 2. Legistæ non videntur esse contra nostram conclusionem: quia illi solum negant posse aliquos duos esse dominos permanenter ejusdem rei, idq; in solidum, temporaneum.

Quod donatarius sit Dominus, communiter nemo negat. Rationes, quæ alias adferi solent pro hac parte; ne sint mancae, sic restitui possunt. Impossibile est esse causam actu causantem, & non respondere rei pro eodem instanti effectum: hoc enim ipso non esset causans: esse enim causantem, est correlativum ad effectum. Sed donatio in instanti, quo fit, est causa dominii, unde a donatario pro ratione adferri potest, quare hochabeat? quia, scilicet, datum sibi est. Tota difficultas est de donante. Sed illum habere dominium.

PROBATOR I. Quia si pro illo instanti non esset Dominus donans ipse, desifisset in illo dominium, vel ante instans donationis, vel in instanti donationis. Neutrum dici potest. Non primum: Quia impossibile est dari effectum ante suam causam. Sed si ante instans donationis

desi-

Disputatio II.

59

desineret dominium, daretur effectus ante suam causam. Quod probatur. Quia desitio dominii est effectus donationis: ad hoc enim dat, ut seipso dominio, & in alium transferat. Non potest etiam dici secundum; quia si desinere dominium in instanti ipso donationis, vel desinere per ultimo esse, vel per primo non esse? non desinit per ultimo esse, quia & non esset tunc dominium in donante, ut supponitur, & esset: quia de quo verum est dicere ultimò est, est adhuc verum dicere, est. Nam de quo est verum dicere speciem, de illo verum est dicere, genus; esse autem ad ultimo esse, est genus; be-neq; à propositione de tertio adjacente, argui-ur ad propositionem de secundo adjacente, ac-commodatè utrobius est accipiendo. Hinc etiam in Philosophia desinere per ultimò esse, ap-pellatur desinentia per intrinsecum: quia supponit existentiam desidentis ipsius. Non etiam in instanti donationis desinit dominium in do-nante per primum non esse. Si enim tunc esset dominii primum non esse, non posset tunc do-nare, quod probatur. Tum quia; quando, ut iudicam secundo, tertio, quarto, &c. aliquod dominium non est, non potest tunc fieri dona-tio. Ergo, etiam cum primo non est, non potest fieri tunc donatio. Consequentia probatur. Ideo Antecedens est verum: quia in illis omni-bus non est jam dominium. Sed etiam à què in primo non esse, non est. Ergo, nec in primo illo, fieri poterit donatio. Tum quia, quando ali-qui primo non existit physicè, què non potest cau-sare physicè, atque cum sequenti tempore non est. Ergo etiam quando dominium non exs-istit primo, non potest fieri donatio, atq; cum posse non exs-istit. Tum quia, licet dominium sit quid non nisi morale: quia tamen habet se ad cau-sandum, planè ac si quid physicum esset, idq; ex eo, quia actionum physicarum, princi-piativum est suo modo; v. g. donationis physi-cæ, hinc sit, ut si desinat moraliter, jam non pos-sit esse actionis physicæ princi-piativum moraliter: pricipue quia dominium non potest cau-sare, cau-satione fundata in arbitria appre-hensione.

PROBAT 2. Lugo Arr. & alii. Dominium est potestas utendi & disponendi de re absq; in-juria alterius. Sed donans pro instanti donatio-nis, habet disponendi potestatem sine injuria alterius. De facto enim legitimè donat dona-tariò, licet autem non possit conjungere retentionem libri cum non retentione vel combu-sione libri, hoc ejus potestatem disponendi non impedit, sicut sedens cum sessione, non possit conjungere deambulationem, & tamen possit simpliciter non sedere, sed deambulare.

RESPONDERI posset 1. Quod hoc Argu-mentum prober, non esse in donante domini-um, quia sine injuria donatarii non possit v. g. librum illum comburere.

Contra est. Quia, istud non posse, est ex sup-positione consequenti, seu ex suppositione do-nationis. Jam autem suppositione consequens, non destruit ipsam potestate, adeoq; dominium.

RESPONDE TUR 2. Ex Haunold. Argumen-tum multum probare: probaret enim, quod eo instanti adhuc verè existat dominium rei, quo Dominus rem suam destruit; nam destruendo, de re disponit: hoc autem non potest dici: quia sicut homo non existens, non est Dominus: ita rei non existentis, non potest dari dominium: alioqui daretur relatio sine termino, & quando pater occideret filium in instanti mortis, adhuc esset pater.

CONTRA. Concedo quod, quando est ultimum esse rei, quæ destruitur, sit adhuc Domi-nus illius rei destruens; & quia in donante est ultimum esse illius potestatis, quæ destruitur, sit, ut adhuc donans, dicatur esse Dominus pro illo instanti.

RESPONDETUR 3. Usurpando terminos, jam in ante à nobis discutios; quod detur in do-nante dominium conditionatum, non absolu-tum. Vel dominium virtuale, non autem for-male. Contra. Redit argumentum. Dominium absolu-tum, dominium item for-male, quando & quomodo desinat?

RESPONDE TUR 4. Quod dominium de-beat esse usus, sed non destrutivus dominii, si autem sit usus dominii, sed destrutivus ejus-dem, non stabit cum eo. Unde etiam casu, quo Deus daret dominium annihilandi creaturam: in illa annihilatione, non maneret Dominus an-nihilans.

CONTRA. Quia non datur usus dominii destrutivus; & esset enim usus dominii, ut supponitur, & non esset, quia dominium non esset. Tum quia. Nego pro eodem instanti usum do-minii, quo est usus dominii, est destrutivum dominii; sed id debere esse, prosequenti instanti. Tum quia. Redit adhuc argumentum fa-cetum. Destructio illa vel est libera dispositio, vel non est, si non est. Ergo, non est destructio: quia hæc deberet esse dispositio destrutiva: si est. Ergo, est adhuc dominium: quia est po-testas disponendi. Tum quia. Potest esse dis-paritas in usu potestatis annihilandi: quia usui po-testatis donandi, nihil deest ad dominium: est enim usus potestatis, qui supponit potestatem es-se, est etiam objectum, in quod se extendit do-minium, consequenter habentur omnia requi-sita salvandi dominii. Quia autem in annihila-tione, licet sit usus potestatis, quia tamen non supponitur esse objectum, in quod extendatur dominium, sit, ut neque debeat dici manere do-minium. Tum quia. Urgenti potest, id quod proponit Arriaga, conceditq; esse illic absolu-tum dominium: quia licet cum annihilatione, quæ est quidam usus rei, non possit res ipsa exi-stere,

R. P.
TH. MLOD
13.11.1805
TOM. 3. c. 4.
D. VI
6

stere, quia tamen eo instanti, potuit illam retinere vel destruere, ideo erit adhuc moraliter Dominus illius rei: quia ad dominium morale, non requiritur existentia physica rei.

Ad candem Responsionem, revocatur illud argumentum. Vel manet tunc dominium simpliciter, & sine addito, vel non? si non. Ergo, nec est tunc Dominus rei; & tamen disponit de re, sine injuria. Ergo, ulterius non est bona illa Consequentia, donans disponit de re sine injuria. Ergo est simpliciter Dominus; si autem dominium illud, est simpliciter dominium. Ergo, pater occidens filium est simpliciter pater, poteritq; relatio dari sine termino. Item, qui, in se destruit visionem, claudendo oculos, non potest in instanti occlusionis adhuc dici simpliciter videre.

RESPONDETUR. Esse illud dominium simpliciter, patremque occidentem, in ultimo esse filii, esse; potestq; relatio manere in ultimo esse termini, clausioq; oculorum, in quantum importat ultimum esse visionis, importat videre simpliciter. Quod si accipiat clausio oculorum pro primo non esse visionis, non erit jam visio. Deinde, quia visio non est posse videre, nec definitur per hoc posse, hinc manente posse videre, non manet visio. Jam autem dominium est definitivè, posse uti & non uti: hinc, manente illo posse, manet dominium; & quia illud posse, est in instanti donationis, erit & dominium in eodem.

Addo, saltem ratione ultimi esse ei destruenda, & ratione esse, potestatis collata, salvari poterit dominium.

RESPONDETUR 5. Dominium in priori natura esse in donante, pro posteriori autem natura, in donatario.

CONTRA est. Ergo, dominium est in utroq; in primo instanti donationis: quia illud instanti non est divisibile, nec prioritas solius conceptibilitatis, excludit simultaneitatem physicam.

PROBAT 3. Hurtadus; & ad argumentum supponit. Angelos eodem instanti reali posse mutuo colloqui: ponit rursus, totum hoc tempus donationis claudi tribus instantibus; uno, quo Deus Michaëlem constituit dominium hominis, secundum, quo Michaël nihil constituit de homine, tertium, quo illum donat Gabrieli; quo posito, sic arguit. Michaël & Gabriel illo instanti tertio uterque est Dominus. Gabriel quidem, quia ei donatur, Michaël etiam, quia nullus potest absque peccato donare servum, nisi sit ejus Dominus, hoc ipso enim non donaret servum, quia non esset ejus Dominus.

Punctum Difficultatis 2.

Solutio Argumentorum ex Recentioribus.

OBJICITUR 1. Quo instanti definit pars constitutiva alicuius totius, eo instanti definit, & totum constitutum. Sed in instanti donationis, definit in donante, pars constitutiva

dominii: quia acceptatio dominii, est pars intrinseca dominii, & haec in instanti donationis definit, quia, quo instanti dicitur, nolo hoc habere, hoc instanti tollitur: volo hoc habere, adeoque tollitur acceptatio, quae est; volo hoc habere. Sed in instanti donationis dicitur; nolo hoc habere, consequenter, tollitur acceptatio.

RESPONDETUR. In instanti donationis, non definere acceptationem per primum non esse, sed definire per ultimum esse.

RATIO. Quia cum transferendo jus in alium, velit donans id facere cum potestate legitima, quae non esset, si deficeret omnino acceptatio, quae potestatem illam legitimam compleat, fit, ut adhuc retineat acceptationem, ad actum legitimandum, quasi diceret: posita jam donatione, quam modo facio, retracto acceptationem, exhibeoque alteri acceptandam rem; ut ita salvetur hoc, quod donet suum: non esset autem suum, si deficeret acceptatio, adeoq; titulus constitutus rem, in ratione sua. Unde in instanti donationis retineri adhuc acceptationem; sed in definiti, & per ultimum esse. In illa propositione: Nolo rem hanc habere, pro isto instanti. *Ly pro isto instanti* construi debet cum *Ly nolo*: est enim instantanea illa operatio; illoq; & non alio instanti ponit *Ly*: *nolo*. Sed non debet constitui *Ly*, pro isto instanti, cum *Ly non habere hanc rem*: hoc ipso enim illegitimum, ex dictis, donaret. Unde illud *nolo*, est explicabile per *Ly volo habere ultimum esse acceptationis*, nec ultra. Alii idem solvunt, quod in instanti donationis, definat quidem acceptatio, sed definiti, quae poterat esse, & non esse antecedenter, adeoq; salvo dominio.

INSTABIS 1. Quando ego nolo primo rem acceptare, licet mihi liberum sit acceptare, & non acceptare, non dico nihilominus habere dominium illius rei. Ergo etiam, quando ponitur actus; nolo acceptare, non erit dominium.

RESPONDETUR. In casu Antecedentis, non posse ostendi quomodo vel primo, vel ultimo sit acceptatio, quae integrat dominium; est autem ultimum esse acceptationis in donante. Dicent alii in casu Antecedentis non esse exercitium disponendi de re, prout voluerit, adeoq; non esse salvatum dominii, & tamen hoc habetur, in casu consequentis.

INSTABIS 2. Pro illo instanti, quo liberum est mihi dicere; nolo acceptationem, vel est adhuc acceptatio, vel non est; si est, Ergo nolo acceptationem, erit: volo acceptationem, si non est; quomodo est dominium, quod constituit acceptatio?

RESPOND. Cum dico, nolo acceptationem, est illic, volo acceptationem, per ultimo esse, in quantum scil. requiritur, ut legitimè dicatur: nolo acceptare, quod legitimè non diceretur, si non haberet jus.

INSTABIS 3. Haunold. Jus Dei ad odio habendum peccatorem propter peccatum, comple-

turnegatione condonationis, beneque infertur, condonationem, non esse actum juris, ut odio habetur peccator, sed esse destructivum, illius juris: quia condonatio tollit negationem condonationis. Ergo & donatio non est actus dominii plentis, quin potius est destrictivum formaliter illius: quia contra acceptationem ponitur negotio acceptationis.

RESPONDENTUR. Disparitatem esse, ed quod non possit ostendi, in quo salvetur ultimum esse negationis condonationis, cum defacto est esse condonationis: potest autem ex dictis, ostendi adhuc, tunc esse ultimum esse acceptationis, ut illud: nolo acceptare, fiat legitimè. Unde posita condonatione divina, nec in se, nec in aliquo sui exercitio, manet negatio condonationis, jam auctem in aliquo sui, ex dictis, manet acceptatio.

OBJICI potest 2. Impossibile est esse causam agentem in aliquo instanti, & non esse effectum illius tunc: sed causa destructionis dominii in domine, est actualis donatio, quæ habetur in primo instanti donationis. Ergo, & habebitur destructionis dominii in domine.

RESPONDE TUR. Esse causam destructionis dominii ipsam actuali donationem; ita tamen, ut dominum, sit in desinencia per ultimum sui esse; hic est effectus illius causæ, nempe ultimum esse dominii. Causa autem ipsius absoluti non esse dominii, non est ulla propria eodem instanti operans, sed quia operata est, ultimum esse dominii; post quod, ex natura rei, sequitur absolutum non esse. Adeum planè modum, quo post primū non esse, sequitur continuatum non esse, sine ulla propria causa, eodem instanti operante. Quanquam hic etiam suo modo ostendi potest causa, nempe non secuta ultimum esse dominii, ulla redonatio.

OBJICI 3. Haunoldius. Dominum plenissimum est jus amplissimum disponendi de re, nisi lex obstat, ita ut consistat quidem definitivè in hoc jus in re, quia in illam, nemo aliis jus habet: unde etiam dominium plenum à non pleno, differt per negationem juris alieni, in eadē re; quo posito sic arguit. Si in eodem instanti duo essent Domini plenissimi ejusdē rei, tunc unius dominium, alterius dominio excluderetur, & non excluderetur.

RESPONDENTUR. Dominium, quod est genus, non debere definiri per speciem, adeoque nec per jus plenum. Unde etiam dici potest, esse illuc dominium plenum, hoc sensu in utroque, quia uterque potest sine injurya disponere, sed non plenum hoc est, exclusivum aliis. Deinde dici potest; non repugnare ut habeant duo jus, sed ita, ut unius sit in ultimū esse, & aliis in primo esse; licet repugnare habere jus plenum, per esse jus utrobiq; æquale. Nam supposito quod sit in uno per ultimum eius, si ulterius illud haberet, & esset ultimum illud eius, ut supponitur, & nō esset, quia illud haberet. Eundem medium terminum sic proponit Espanza. Deratione dominii plenius, ut non sit impossibile simili alterius jure, quod in presenti non habetur. Unde si duo essent Domini pro eodem instanti, uterque in dispositione rei esset, & non esset

impedibilis in favorē alii, gravamine sibi imposito, haberet & non haberet gravamē sibi impositū.

RESPOND. Negando dicto modo debere definiri dominium, sed posito, quod ita definiretur, ne cum concluditur: quia licet sit impedibile per jus alius, impedibile solū est ex suppositione consequenti, adeoq; salvo dominio. Dicit etiam potest. Jus tale si sit in ultimo esse, posse esse impedibile à jure alterius: quia in hoc nulla repugnantia, licet transacto ultimo esse, debeat esse in impedibile, alias hoc ipso, non esset ultimo esse illius dominii.

INSTARI potest 1. Adhuc, ex dictis, donans non est Dominus: non enim potest, sine injurya donatarii, ut potè domini, rem illā v.g. destruere.

RESPOND. Per hoc probari, quod donans sit Dominus: quia donatarius pro eodem instanti sine injurya, non potest rem destruere, facereq; ne illam illi donare possit. Unde licet vi illius dominii, quod habet donatarius, possit sine injurya donantis disponere, v. g. eodem instanti alteri donare, non tamen disponere dispositione tali, quæ faciat, ne tunc sibi à donante donari possit, cum supponitur velle donare. Habet quoq; donatarius potestatem disponendi de re, quoad omnes usus possibles, qui non impediunt, ne possit eo instanti donans donare, & ne donatarius acceptet, dum supponitur acceptare. Directè dicitur, quod jus sit potestas disponendi sine injurya alius antecedenter, licet ex suppositione consequenti, non possit sine injurya disponere; si enim donat, facitque Dominum, dominio illum, spoliare non potest. Quodsi id nonnisi ex suppositione consequenti facere non potest, hoc ipso non destruitur in illo dicta potestas: sicut nec destruitur libertas ex dictis alias.

INSTARI potest 2. ex eodem. Verum est, nemo dat quod non habet, idque servit pro nostra sententia; ita pro opposita facit, nemo destruit, quod non habet, nemo spoliatur re, quam non habet, nemo occiditur, qui non vivit; sicut ergo ad hæc verificanda, satis est præcessisse immedia- tè formam, quæ tollitur; ita etiam in donatione, sufficit præcessisse dominium absolutum.

RESPONDE TUR. Negando ad propositiones illas verificandas sufficere, præcessisse formam: in destructione enim debet esse ultimum esse destruci, quid enim destrueretur? & si nihil habet, quid spoliatur? si mortuus est, quid occiditur? Sed quid sit de Antecedenti, non tenet consequentia. Ratio. Quia cùm destruci, spoliati, mortui, nulla sit actio, sufficit ampliativè præcessisse formam: quia autem in instanti donationis est actio dominii, illiusq; exercitum in ipso donante, sit ut in illo, sit etiam dominium.

INSTARI potest 3. ex Espanza. Sicut in aliquo sensu est verum, nemo dat quod non habet; ita est verissimum, simpliciter, nemo habet, quod dat in sensu compósito donationis; alias poneretur datio, cum retentione simpliciter.

RESPONDE TUR. Nomine simpliciter habere venit habere non ultimo, habere non in desinenti, supponit autem donans, habere in desinenti.

R. P.
THE MELOD
KAMOWSKI
TOM 3. e. 4.
D. VI
6

Punctum Difficultatis 3.

Proponuntur Argumenta communiora.

DEcurrenda sunt Argumenta, quae Lugonis Collega Anton. Mangilius, ut refert Hauoldus, primus proposuit, ponunturq; à Lugone.

Objicit 1. Cessante causa, quae conservat aliquem effectum, necesse est omnino perire effectum. Dominium autem formale conservatur à voluntate. Ergo, posita voluntate contraria, quā dicit donans, volo non esse amplius Dominus, cessabit dominium.

RESPONDETUR. Rerorquendo Argumentum contra dominium virtuale, Conditionatum, quod etiam per voluntatem conservatur; & tamen donatione transfertur in donatarium. Directè dicitur, cessante causa conservativa per ultimum sui esse, necesse est perire effectum per ultimum nonnisi tunc esse; voluntas autem Domini donantis, est tunc in ultimo esse: quia quavis dicat, volo non esse amplius Dominus, supponit implicitè, post donationē factam legitimè.

INSTAT. Dominium formale, de se, est indifferens, ut conservetur, indigebit ergo determinativo; hoc autem non aliud est, nisi negotio revocationis. Ergo quando ponitur revocatio actualis, non poterit conservari.

RESPONDETUR. Quando ponitur revocatio actualis volens esse nonnisi ultimum esse acceptationis, potest esse adhuc & acceptatio, & dominium: secū si esset revocatio, excludens etiam ultimum esse acceptationis. Sed hoc secundum in præsenti non est.

Objicit 2. Si Deus alligaret dominium gradii caloris octavo; v. g. ut ille esset Dominus libri, qui haberet illum gradum: det mihi Deus potestatem transferendi illum gradum in alium, tunc in instanti, quo transferrem gradum illum caloris, transferrem etiam dominium libri, juxta decretum; possetque intelligi dantem, non esse Dominum libri eo instanti, quo dare illum gradum; licet posset dare, & non dare, & libere dare. Ergo, nunc etiam ita erit.

RESPONDETUR. Etiam tunc diceret donans; volo esse ultimum nonnisi esse caloris, adeoque dominii, consequenter salvo domino. Addi posset, siquidem illud dominium esset alligatum calori, qui nisi replicetur, non potest esse in duobus simul, consequenter nec dominium; secū hīc, cum possit in utroq; esse moralitas dominii.

Objicit 3. Dominium libri non potest esse in tempore sequenti in utroq; simul. Ergo, neq; in instanti donationis.

RESPOND. In casu antecedentis ostendi contradictionem: quia si duo essent Domini in tempore, tunc in instanti donationis, & ultimo esset dominii in donante, ratione translationis dominii, quē tunc sit, & non ultimo esset: siquidē etiam sequenti tempore duraret. In casu autem consequenti nulla est repugnantia. Concedo quidē vi dominii, rem esse obstrictam possessori; sed nego non esse etiam obstrictam donanti; licet per ultimum esse obstrictionis.

Objicit 4. Translatio dominii formalis, non est actus dominii formalis: quia nullus actus destruit potentiam, cuius est actus, sed translatio dominii formalis destruit in transferente, dominium formale. Ergo, illud non salvat.

RESPONDETUR. Licet nullus actus destruat potentiam, hoc sensu, ut proficiscatur à potentia, & in instanti profectionis facit illam primo non esse, destruit tamen hoc sensu, ut faciat illam ultimo esse, ut sit in actuali sui occisione.

INSTAT. Donatio libri non oritur ex dominio formalis: quia ad donandum alteri librum, non est necesse, quod ego possum ut illo libro, sed solum quod possum donare. Ergo, donatio non est ex potestate utendi, sed donandi.

RESPONDETUR. Ipsam potestatem donandi, esse potestatem utendi, tanquam speciem usus.

Objicitur 5. Ex Absurdis.

PRIMUM ABSURDUM. Si vera est Conclusio, sequitur eum qui dat libertatem servo, eodem instanti manere adhuc Dominum illius, quod tamen est falsum: non potest enim esse Dominus, quando non est jam servus: in eo autem instanti, is, qui erat servus, est jam liber: accepit enim libertatem, ut supponimus.

RESPOND. In Domino esse tum ultimum esse dominii: quia est exercitum potestatis dominative: si enim non esset Dominus illius, quomodo illi legitimè posset dare libertatem. In servo autē est ultimum esse servitutis: nam esse Dominum & servum, sunt correlativa: hinc si ille est Dominus ultimo, cum secundum proportionem dominat⁹ sit servi ratio, etiam servus, debet esse ultimo servus. Sed illud ultimum esse servitutis est simul conjunctionem cum primo esse libertatis. Ratio: quia & esset tūc datio libertatis, ut supponitur, & nō esset datio libertatis: quia nulla acceptatio libertatis.

Restat solvendum, quomodo stare secum possint libertas & servitus? Communis apprehensio, quæ ad instantia non attendit, non agnoscit libertatis & servitutis cohærentiam: bene tamen hæc in aliquo instanti cohærente possunt.

RATIO. Tum quia; ut, ait Lugo, potest esse equus, pro instanti venditionis meus & tuus. Ergo, & homo, pro instanti donationis potest esse sius & alterius. Tum quia; Discohærentia dominii & servitutis pensanda ex principio de contradictioni, ita ut non possit esse quisquam servus & liber, ratione ejusdem, eodem modo; & ita potest esse aliquis servus ratione Petri, liber ratione Pauli, respectu ipsius Petri, liber est in hoc, in alio servus. Quod si servitus est exclusiva libertatis, secundum regulā de contradictione, poterit fieri, ut servus sit diverso respectu servus, & diverso liber; servus quidem, quia illo instanti liberē de illo disponitur; liber autem, quia illa dispositio, est datio libertatis, quæ ipsa datio libertatis, cum sit per liberam, & legitimam dispositionem, de eo, de quo disponi potest, supponaturque ultimum esse Domini in donante, hoc ipso supponit in alio, ultimum esse servi. Tum quia; Acceptatio libertatis

Disputatio II.

63

ti excludit negationem acceptationis libertatis, adeo servitatem, ex quo principio infertur, esse illum, qui fuerat servus, liberum; quia tamen acceptio libertatis non excludit pro illo instanti potestatem disponendi de se, tanquam de re Dominii, adhuc salvabitur dominium in Domino, ad cognoscendam sub hoc titulo, inducetur ratio adhuc servi.

SECUNDUM ABSURDUM ex Haunoldo. Ex hac sententia sequitur, quod quando quis justo pretio alteri rem vendit & tradit, accepto vice sim pretio, (ponamus in instanti) sequitur tam emptorem quam venditorem in instanti venditionis esse factum ditionem: ambo enim, collectivè accepti, plus haberent, quam habuerint prius: & simul etiam sequeretur, quod non plus haberent: quia nihil est in ipsorum dominio assignabile, quod non etiam prius habuerint. Sequelæ autem sunt contra naturam contractus & recompensam; præterea ambo simul non essent ditiones: quia quisvis seorsim sumptus, est Dominus & mercis & pretii: quæ omnia sunt absurdula.

RESPOND. Concedi posse sequelam utrumque si, esse factum ditionem, negando id autem esse contra naturam contractus, & recompensam, qui contractus non attendunt ad instantis considerationis metaphysicæ, sed ad temporaneam statuam acquisitionem. Negari etiam posset sequela, quod debeant censeri moraliter ditiones: quia sicut si replicaretur unus idemque; calor in tribus subjectis, non plus haberet unum subjectum, quam reliqua. In præsenti autem supra eundem terminum, cadit dominium, quamvis posset dici, extensivè, ut ita dicam, & ratione titulorum, plus esse dominii in duobus, quam in uno, sed non plus ratione termini.

TERTIUM ABSURDUM est. Cujus meminit Lago ex Bernal, quia si Michaël manet Dominus instanti, quo donat Gabrieli centum, & Gabriel eodem instanti pro posteriori naturæ, velit illis centum, solvere Michaëli, alia centum, quæ si aliunde debebat: sequitur, solutionem illam non esse ex iustitia: quia non potest solvi ex bonis, quæ sunt creditoris.

RESPOND. Solutionem ex bonis simpliciter creditoris nullam esse, secus solutionem ex bonis que simul sunt debitoris, modo in illo extinguitur jus, evadantque; postea bona, non nisi creditoris.

OBJICIT 6. Hæc propositio: Ego abjicio dominium libri, est practica. Ergo, operatur de praesenti, cum sit vera de præsenti. Omnis autem qui dat librum, dicit implicitè, & posset dicere explicitè: Ego me spolio dominio libri.

RESPONDEatur. Quod tunc privet se homo dominio, hoc sensu: quia facit hoc dominium ultimo esse.

OBJICIT 7. Ergo etiam ejusdem dominium poterit esse in pluribus, adeoque in infinitis, saltem Angelis.

RESP. Posse esse in infinitis Syncategorematicè: nam non datur infinitum Categorematicum. Ad solvendas alias Objectiones.

NOTE 1. Dependentiam dominii duplarem

esse, dependentiam, ut dicam casualitatis, seu causati dominii, secundum quam dominium unus, causat dominium alius, & hæc dependentia non obest dominio; causam enim esse, & produtum dominium, non tollit, sed ponit dominium. Alia est dependentia fundans revocabilitatem, & hæc tollit dominium. In præsenti autem habetur non nisi prior dependentia.

NOTE 2. Mensem Autorum de hac donatione. Imaginantur illi, quod Deus creaturæ possit aliquid justitiale dare, sine ulla translatione dominii, cum illo instanti uterque sit dominus, & quia, quod Deus uno instanti facit, tota æternitate facit, durabit dominium Dei semper. Sed id non convincit, quomodo enim erit illa vera donatione justitiale? de quo infra. Et quamvis æternitatem mensurantur actiones Dei, secundum id, quod dicunt in recto, secundum tamen id, quod dicunt in obliquo, respiciunt diversa connotata. Et sicut ratione diversorum cognitorum verificatur hæc propositio, in justificatione impii: Jam illi Deus non irascitur, sed irascitur: ita tunc dici posset: Jam illi Deus non donat, sed donat.

NOTE 3. Quid sentiendum de doctrina Aldrete? qui admittit quidem dominium in instanti donationis in utroque, in neutro tamen perfectum, idque ex eo: quia Dominus rei, si sit perfectè Dominus illius, nequit alteri inferre injuriam, quocunque modo utatur re. Si enim facit injuriam, apparet, quod potestas seu dominium illius, non extendatur ad illum usum possibilem: Dominum autem plenum ad omnem usum se extendit, illi autem ad invicem possent sibi tunc injuriam inferre. Sed id etiam non convincit: quia dominium propriè salvandum sufficit, quod secundum suppositionem antecedentem possit disponere, licet ex suppositione consequenti non possit, de quo supra.

DIFFICULTAS III.

An dominium distinguatur univer, saliter ab usu?

CONSENTIUNT Auctores, dominium interdum distinguere ab usu tam juris, quam facti: neuter enim horum usuum, sicut interdum, dicit jus in substantiam rei, in quam jus dicit dominium. Quia tamen interdum ita utimur rebus, ut in ipso usu, vel moraliter ut pecunia, vel physice ut bolus pomi consumatur, ipsa substantia rei, difficultas consurgit: Quo modo tunc non habeatur jus in ipsam substantiam, cum habeatur jus in usum, qui ipsam substantiam rei absunit?

DICENDUM est. *Etiam in rebus uno usu consumptibilibus dominium distinguere ab usu.* Est Conclusio Pontificum Nicolai III. Clementis V. Innocentii IV. Alexandri IV. Gregorii IX. Post illos Suar. Sanch. Mol. Less. Valent. Tanner. Lugo. Dicast. & aliorum; defactoque censetur paupertas Minorum, esse talis. Nam nec Communitates illorum habent dominium in bona; est autem cont. Joan. 22. Papam Cajet. Turtur. Sylvest. Aragon.

PROBatur 1. In rebus non consumptibilibus uno usu, distinguuntur dominium ab illo usu, distinguuntur item ab usu juris. Ergo, etiam di-

*F. 2. fin-

R. P.
THEMLOD
18 NOV 1884.
D. VI
6

getur dominium rerum uno usū consumptibilem, & usū facti. Probatur Consequentia. Ideo Antecedens est verum: quia potest aliquis usum illum tradere, retento sibi dominio. Sed etiam in præsenti idem fieri potest; cur non enim? idq; titulo causalis adlatæ, nempe, quia potest aliquis dare usum tantum & non dominium. Ergo. Deinde si dominium non esset separabile ab usu rerum uno usū consumptibilem, acquireretur dominium in substantiam; vel antecedenter ad aetatem usum, vel in ipso usu: non primum, quia qui habet, potestatem revocabilem, & quæ exerceri non potest nisi cum injuria alterius, ille non habet dominium, sed antecedenter ad usum rerum uno usū consumptibilem, habetur potestas revocabilis, & quæ exerceri non potest, si invitus fit Dominus, nisi cum injuria alterius; Ergo, tunc non habetur dominium. Non etiam dici potest secundum: quia impossibile est transire a non esse domini, ad esse domini, sine sufficienti mutatione; hæc autem, non alia, sufficit; nempe voluntas transferendi dominium, positâ a Domino, quæ supponitur, non haberi.

Deniq; si non distingueretur dominium ab usu rerum uno usū consumptibilem, ideo non distingueretur: quia ita tunc haberetur potestas in usum, ut simul haberetur potestas in usum substantiæ, sed hoc non probat dari tunc dominium: quia etiam in substantiam, antecedenter, semper est illa potestas revocabilis, & obnoxia, ut exercetur non nisi cum injuria. Ergo non fundat titulum dominii. Et certe tunc potestas in usum circa substantiam rei, trahit secum dominium, quando non ex accidenti, nec ex alio titulo, petit substantia rei, sed ex titulo potestatis utendi, alias aliquo utente re, quæ non uno usū destruitur, si destrueretur illa res a Deo, scireret; utens securoram destructionem, deberet dici: Dominus illius rei. Jam autem ex accidenti est, quod tunc destruatur substantia rei, scil. ex conditione ipsiusmet illius rei ita petentis destrui. Unde etiam si miraculose servaretur substantia rei, uno usū consumptibilis, poneretur tamen usus, non haberetur tunc illa potestas in substantiam rei, sed in solum usum. Ergo, apparet ex accidenti id evenire. Quando itaque conceditur usus facti supra rem uno usū consumptibilem, formatur hic actus: Concedo tibi solum usum, licet ex accidenti sit illius substantia usū peritura, utque percat, utote, tanquam instrumento.

PROBATOR 2. Quia, ut urget Valent. Less. Lugo. Dicast. ad dominium, rei quæ datur aliqui, requiritur non solum voluntas dantis, sed etiam voluntas acceptantis; potest autem quis non acceptare illud dominium. Illustrat id Sotus exemplo convivarum, qui utuntur epulis sine dominio illarum. Quando autem nemo illis potest auferre epulas, nisi invitans, non oritur hoc ex aliquo dominio in cibos, sed quia habet jus naturale, ne quisquam cum privet favore alterius.

PROBATOR 3. Quia, ut urget Lugo & Dicast.

esse rei dominium, non est tantum posse rem quovis modo destruere, sed posse id liberè & independenter ab alio; potest autem esse usus rerum uno usū consumptibilem revocabilis, & dependens.

OBJICITUR 1. ab Auctoritate. Prima Auctoritas est Joannis 22. Papæ:

RESPONDENT aliqui. Locutum esse Pontificem, de usu tal. ū rerum irrevocabili & independenti. Alii concedunt, oppositum sensisse Pontificem. Sed objecit sibi Less. Ergo, erravit hoc sentiendo. Respondet: Esto! quia non in quæstione pertinenti ad fidem, neque hoc proposuit tanquam articulatum, neq; obligavit ad ita sentendum: sed ut vir doctus, suam sententiam explicavit: quod etiam affirmat Bellarminus. Jam autem Sotus & Ledesma apud Sanch. dicunt; ita sensisse lacescitum, ab Ochamo, & aliis Franciscanis; tale autem dominium licet a se abdicaret Joannes, sed acceptavit Martinus V. & Paulus III.

2. AUTORITAS est. Variae dispositiones Legis.

RESPONDETUR. Illæ solum hoc ponunt, quod usus irrevocabilis & independens circa talia, non distinguitur a dominio.

3. AUTORITAS est. S. Thomæ 2. 2dæ q. 76. a. 1. sed S. Thomas eodem modo explicandus, ut leges.

OBJICITUR 2. Usus est jus utenti salvâ rei substantiâ, sed in rebus uno usū consumptibilibus, non potest esse jus utendi, salvâ rei substantiâ. Ergo, in talibus non erit merus usus, sed simul conjunctio dominii.

RESPONDETUR. Usum esse jus utendi salvâ rei substantiâ, quod jus fetinet, dans usum fructus, quia potestas ea utendi, antecedenter, revocari potest. Hoc autem etiam in præsentia habetur. Dicit etiam potest, quod usus h̄i jus utendi salvâ rei substantiâ, hoc sensu, ut per se non habeatur jus in substantiam; sed non hoc sensu, quasi ex accidenti, non possit conneligi etiam destruere substantiam, idque per utentein, tanquam instrumentum Domini. Jam autem dominium, debet esse per se potestas in substantiam rei.

OBJICITUR 3. Si dominium etiam in talibus esset separabile ab usu. Ergo, etiam usus pecunia separari poterit a dominio! non enim est major ratio unius, quam alterius; hoc autem non potest dici: quia alias licet erit usura: ideo enim est illicita: quia usus pecunia non habet distinctum valorem, ab ipsamet pecunia. Deinde, si distinguitur usus in talibus a dominio. Ergo, etiam poterit vendere aliquis usum pecunia, dominium sibi retinendo.

RESPOND. Concedendo usum pecunia esse distinctum a dominio pecunia, talisq; habetur in Religiosis v. g. viatoribus; nec inde sequitur licitam fore usuram: quia licet usus pecunia irrevocabilis non habeat distinctum valorem a pecunia; usus tamen irrevocabilis, habet distinctum valorem a pecunia, seu in ipsamet substantiam pecunia; quia autem in mutuo datut usus pecunia

pecuniae irrevocabilis, sit, ut in illo mutuo dominum ab usu separari non possit: quamvis non post designatum tempus teneatur mutuarius solvere, non tenetur ipsam substantiam eandem redere, sed pro substantia & usu substitutum aequivalentem substantiam ad utendum, ita ut praehabuerit ante tempus elapsum jus in usum & substantiam irrevocabile. Rerum est de hoc discurrens: An usus revocabilis pecuniae, possit licet vendi?

RESPONDET 1. Sanch: cit. Lib. 7. c. 18. n. 22. quod id licitum sit; sed tunc, non esse verum mutuum; dicit item pro ea usus licentia, recipi posse pretium aliquod, neutiquam tamen licet pacisci, ut in omni eventu totum reddatur; sed si illa adhuc exstet, poterit a Domino recvari, si non exstet, peribit non nisi Domino.

INSTANTI Lugo. Non videtur aliquid pretio estimabile dari ab eo, qui solum dat usum pecuniae dependentem: nam revera nihil minus habet in illa re, cum habeat potestatem expeditam, utendi pecunia pro libitu. Quod patet, inquit, a posteriori: quia post acceptum pretium, potest revocare illa licentiam, retinereque & usum pecuniae, & pretium, quod est injustum.

RESPONDERI potest. Potestatem quidem in substantiam & usum, a quae se tunc habere intendit, sed non a quae se habere exercitum illius potestatis, quam negationem exercitii, ponit in bonum usuarii: cur ergo ratione illius boni, nihil poterit accipere? Concedo etiam, quod post acceptam pecuniam pro usu, possit revocare pecuniam, sed nego, quod retinebit pretium gratis; si defacto non revocet, nec revocaverit, retinebit ergo illud propter negationem exercitii potestatis ad revocandum, quam negationem exercitii, ponit, in gratiam usuarii. Et sicut gratia efficiat in nostrorum principiis, quamvis possit non esse efficax, quia tamen est futura efficax, habet plus in ratione beneficii prae sufficientem: ita quaevis aliquis possit revocare usum, quia non revocat, facit rem utili usuarii, ratione cuius utilitatis; si accedant circumstantiae consimiles iis, que in mutuo justificant accepti ultra sortem, cur inquam, aliquid accipi non poterit? ita, ut casu, quo revocet, secundum tam restituere debeat pretium acceptum pro usu, & si non revocet, possit retinere; quamvis non tantum accipiendo, quantum acciperet alias v.g. ratione lucri cessantis pro mutuo absolute: quia retentio potestatis revocandi valde diminuit pretium rei. Rursus, in mutuo, si accedat circumstantia lucri cessantis, damni emergentis, fundatur titulus accipendi ultra sortem: Ergo, si idem accidat in negatione exercitii potestatis, revocandi usum, poterit aliquid justè accipi:

Neque tamen tunc erit usura: nam definitivè ultura debet esse ratione mutui; acceptio, adeoque debet tunc esse in mutuarii translatio dominii, & usus, si est translatio dominii, & usus. Ergo, respectu donantis, res se illa jam habet ut aliena, & non ipsius; ex alieno autem, nemo sibi debet facere fructum. Jam autem tunc dominium

manebit penes concedentem. Hinc adhuc ex suo, faciet sibi fructum. Deinde, ut sit usura, debet accipi praeceps ratione mutui; si autem accedat titulus lucri cessantis, damni emergentis, non erit usura; ita & in praesenti foret usura, sed supponuntur accedere tituli praedicti.

INSTANTI potest 2. ex eodem. Licet illa licentia sit pretio estimabilis, sed non vendibilis ab eo, qui revocabiliter dat: quia venditio, est contractus ab utraque parte obligatus: ad nihil autem obligatur is, qui dat revocabilem usum:

RESPONDETUR. Gravari adhuc etiam illum, quia licet possit revocare, non est revocaturus, nec revocat: & si revocaret, deberet acceptum ultra sortem restituere: neque enim haberet damnum emergens, vel lucrum cessans, quae duo, justificant illam acceptiōnem.

INSTANTI 3. Totum illud sit gratuitum: gratuita autem non possunt pretio compensari.

RESPONDIT. Sicut in mutuo, non gratuita mutatio, fundat acceptiōnem ultra sortem, sed aliis titulis in praesenti. Est autem in hac ita & irrevocatione distinctio ab irrevocatione, quae sequitur usum juris: quia etiam pretio reddito, quod accepit pro usu juris, adhuc facit injuriam revocando; nisi alter consentiat: deicit enim eum bono pacti, nec supponitur habere ante tempus designatum potestatem revocandi. In praesenti autem casu, supponitur istam potestatem habere: Hanc etiam Responsionem tueritur Less. Lib. 2. c. 3. n. 37.

RESPONDET 2. de Lugo. Negando, posse dari aliquid prouisi pecuniae revocabili. Addit tamen quod habens talem usum possit illum vendere, modo se obliget, quod cum, quantum ex se, non sit revocaturus. *Hac Responsio*

NON SATIS FACIT. Nego enim: quod talis venditor nihil prorsus det quoad usum, consequenter vendere illud poterit. Additum autem ejusdem tenet.

OBJICITUR 4. Ex iis, quae adfert Lugo. Si in rebus uno usu consumptibilibus distinguitur usus a domino. Ergo, Religiosus invitatus a seculari pro prandio comedendo, non peccat contra paupertatem: non enim accipit, jus aliquid in cibos.

RESPONDETUR. Universalem taxam, atque aliquid sit contra votum paupertatis, non solum esse in hoc: quia acquiritur jus aliquod in rem; sed etiam, ne habeatur usus independens: alias futans Religioni nunquam peccaret: non enim in sic ablata, acquirit jus. Et hoc quidem est ad vim sequela: Quantum autem attinet ad ipsum objectum, placet Lugo non esse id contra votum paupertatis: quia se ille habet tunc passim potius, quam activè, eò quod moraliter censetur tunc Dominus utire sua; circa personam Religiosi, quam potius ipse, re illa uti: si tamen domi comederet missa, peccaret per eundem contra paupertatem: quia, moraliter loquendo, censetur tunc activè se habere. Ceterum si Religiosus accipiat gemmam in flum

vium projiciendam, eleemosynas alieno nomine distribuendas, cereos, & aromata in Ecclesia consumenda, per Lugo, non peccat contra paupertatem: quia in ipsis omnibus auctiue se non habet, moraliter loquendo, utiturq; illis non in suum commodum: non enim obligat me votum, ut non liberentur ab egestate per me alii, sed ut ego egeam, nisi forte id faceret Religionis in fraudem.

OBJICITUR 5. Qui potest rem donare, vendere, est Dominus rei. Ergo, & qui potest destruere; hoc autem contingit in usu rerum, unico usu consumptibili.

RESPONDE TUR. Posse id proprio nomine & irrevocabiliter, arguit dominium; secus si fiat alieno nomine & revocabiliter. Minores autem vendunt & dant nomine Papæ, habent quæ usum revocabilem.

QUÆSTIO III.

De Iure, in quantum Lex est.

Usus confundit has voces, ius & lex. Unde dicimus, jus est naturæ, lex est naturæ. Vocatur autem jus pro lege acceptum, à jubendo: Leges enim jubent, ut quo. De legibus totmos integros instruunt Auctores & Legistæ: spectatq; hæc tractatio ad jus Canonicum & civile, paucissima hic notando decurremus.

NOTO 1. *Quid ius? seu lex in commun?*

EXPLICAT 1. Arriaga, d. i. de Leg. post init. Quod lex sit præceptum stabile, justum, commune ad faciendum, ad omittendum rem aliquam obligans. *Hæc Explicatio*

NON SATISFACIT. Tum quia; superflue ponitur illa particula: Justum, si enim justum non sit præceptum, non erit lex, sed oppressio. Et sicut, licet dividatur homo in verum & pietatum, tamen in definitione hominis, non ponitur, quod sit animal rationale verum; ipsumq; rationale; sine addito, supponit pro vero. Ergo, etiam & lex supponet pro justa, vel præceptum obligans. Tum quia. Etiam Ly obligativum, videtur superfluere: si enim præceptum est, obligativum est. Tum quia. Sinihil obsit, definitiones antiquæ rerum retinendæ.

EXPLICAT 2. S. Thomas i. 2. q. 90. a. 1. in Corpore. Quod lex sit quadam regula, seu mensura actuum, secundum quam inducitur aliquis ad agendum vel ab agendo retrahitur. *Hæc explicatio*, si ut sonat, accipiatur.

NON SATISFACIT. Quia nullæ sunt propriæ leges respectu brutorum, & eorum, quæ habent non nisi esse; & tamen etiam respectu brutorum datur certa mensura inducens ad agendum, vel ab agendo retrahens; gravitas item corporum inducit ad motum deorsum, & levitas retrahit. Deinde, ut urget Suar. de Le- gib. l. i. c. i. sequeretur, consilia recta esse le-

gem: nam etiam illa trahunt, vel retrahunt ab agendo. Si tamen accipiatur prædicta explicatio, prout supponit, recta est, supponit enim pro regula humanorum actuum, vel actuum liberatorum creaturæ intellectualis: supponit item pro inductione obligativa, qualem inductionem non dicit consilium. Ad quæ respicendo Suar. sic accommodavit prædictam definitionem. Quod lex sit. Mensura quædam actuum moralium; ita ut per conformitatem ad illam rectitudinem moralém habeant, & si ab illa discordent, obliqui sunt.

EXPLICAT 3. Idem S. Thomas, loco cit. n. 4. quod lex nihil sit aliud, quam quedam rationis ordinatio ad bonum commune, ab eo, qui curam communis habet, promulgata. Hæc explicatio non est contentus Arriaga cit. n. 4. cum quo

DICES Primo, quia gratis supponitur, legem esse actum intellectus, cum de hoc disputeretur.

RESPONDERI potest. Disputari quidem, an sit actus intellectus in recto, an proxime, sed convenienter omnes, rationem, in lege involvi, faltem præsuppositivè, ratione cuius involutio- nis, benè procedit doctrina S. Thomæ, præcipue cum Ly ordinatio, etiam ad voluntatem trahi possit.

DICES Secundo, quia immērito addita promulgatio, in definitione, cum promulgatio sit non nisi conditio, & non essentia, legis.

RESPONDERI potest. Promulgationem sumptam pro ipso exercitio legislativæ potentia, quæ promulgat actu externo, mentem legislatoris, esse de essentia legis. Addi potest; quod in definitionibus rerum moralium, possint etiam circumstantiae poni, quando illæ ad totam completam moralitatem, requiruntur.

DICES Tertio, non est de essentia legis ut sit in bonum communis, cùm possit esse in bonum privatorum, sufficietque ad maximum, ut lex sit communis, licet non in bonum communis.

RESPONDE TUR. Legem debere esse non in bonum privatorum; quia non distingueretur à simplici præcepto, & si est communis, est in bonum communis: quia si lex sit communis, est bona omnibus, adeoq; in bonum omnium, consequenter, non in bonum privatorum, quæ privati sunt.

NOTO 2. *Quotuplex sit Lex?* Multiplicitas legis hoc discursu proponi potest. Lex est regula obligativa agendi: quia verò ipsa natura per lumen rationis describit etiam nobis modum agendi, eumq; obligativum, debet dari lex naturalis, quæ definitivè est, *Regula agendi obligativa*, eò quod hoc sit consonum naturæ intellectuali. Quia verò præter dictamen hoc, poterant statui regulae obligativa agendi, idque ex placito, hæc regulae vocantur jus positivum; quod defini-

niti-

Disputatio II.

67

stituē, est lex ex placito, non quod ponant semper aliquam de novo obligationem, quae non sit polita a legem natura, sed quia in omni casu, ejus officium est, ponere quasi media ad implendam legem natura, quam sibi, tanquam finem, constitutis ipsa lex positiva. Cum autem ratio plateri prius conveniat Deo, participative creatura rationali, ideo lex positiva, alia est divina, alia creatura seu humana, non quod non detur etiam lex Angelica, quam sibi, vel nobis, Angeli fiatuerent possint, sed quod illa lex ad nos non extendatur: non enim habent jurisdictionem in nos, rigorose loquendo: sed se habent sicut in Religione graviores personae, penes quas tamen non est gubernatio communitatis. Porro lex positiva humana, seu lex ex placito heutano, posita est, vel ex placito communi Gentium, & hoc vocatur jus Gentium, quale est v. g. securitas legatorum, divisio bonorum, vel ex placito hujus & illius gentis, & tunc, si illa lex dirigat operationes civiles, vocatur jus civile, & politicum, si autem dirigat operationes Religiosas, vocatur jus Canonicum.

Universitatem autem his omnibus divisio est, in legem positivam & negativam. Positiva est, quæ non semper obligat, ut elicere a clero amotis divini. Negativa, quæ semper obligat, ut non odire Deum.

Nō 3. Quod sit discriminēre inter jus naturalē, & jus gentium? Possunt imprimis distinguēre: quia à lege naturali, non præsupponitūt jus Gentium, sed è converso, & sicut, non Conclusionem præmissā, sed præmissas Conclusionē supponit, ita & in præsēnti. Rūrsus, quia jus Gentium non est ita universale, ac jus naturalē: nam natura rationalis ubique una, in illisque conveniēre debet, quā illa intimat; placitā autē Gentium, non ubique eādem, exceptis iis, quae simili sunt de Lege naturæ, & ita tot gentium placitum est. Filius Regis, succedit Patri, & tamen id non tenet in Polonā electione. In aliis Gentibus notinisi primogenitus hereditat, apud nos omnes filii.

No rō 4. Quā sit vis obligandi in Legē naturali? Communis assertio est, esse vim immutabilem. Et Ratio est: quia quā sunt mala legē naturae, ex essentia mala sunt, adeoque non possunt ex malis, transire in bona.

Hoc posito, inquiritur: An in Legi Naturâ Deus vel Papa, ejus nomine dispensare possit? Teneturque quod non, propter rationem jam adlatam, quia etiam probat, de facto nunquam esse factam a Deo talem dispensationem. Et quia urgentur exempla facta a Deo in Legi naturâ dispensationis, ut satisficiat objecitibus. Tenendum pro principio est, quod aliquid sit materialiter & nunc esse circumstantiam, ut non subdatur legi; & sic v. g. materia, quia est redditio gladii alieni, potest circumstantiam,

furiositate creditoris; ita ut non obliget præceptum naturale; reddendi gladium, in tali circumstantia; & indubie hoc contingere potest. Aliud est autem ponи dispensationem in lege definitivè autem dispensatio, est concessio facultatis, agendi contra legem, permanentibus iisdem circumstantiis. Nunquam autem sic de facto dispensavit Deus.

Quod dicitur dispensasse cum Osea in fornicatione, id duplice via solvitur. Imprimis secundo expositionem communem, quod scilicet mandaverit illi Deus, ut scilicet acciperet mulierem, quae erat fornicaria, haecque appellatur uxor fornicationum. Deinde dici potest, additam illic esse circumstantiam novam, nempe dominium collatum a Deo, Prophetæ in corpus illius mulieris. Quando item permisit Deus polygamiam; addita est circumstantia, eo quod Deus contractu & traditione posita ad invicem, corpus mariti lege sua commune fecerit: & ita etiam manente vinculo maritali, non potuisset dari libellus repudii, sed addita circumstantia rescissi illius vinculi, cum illud vinculum, sit contractus; contractus autem privatorum, subsunt legi superioris.

Quod attinet ad leges justitiae, illæ etiam sunt indispensabiles: spolia enim Ægyptiorum, quæ Israëlitæ acceperunt, salvantur: quia Deus dedit illis dominium ex iure alto, vel feceré id in recompensam suæ servitutis. Ad quod etiam principium refertur, quod Deus, tanquam Dominus vitæ, dederit Abrahamo Dominium in vitam Isaaci, volens illo uti, tanquam instrumento.

Quod attinet ad leges Religionis. Cum le-
guntur Machabæi Sabbatum; idque cum Dei
placito, violasse, in lege naturæ non est cum illis
dispensatum; quia observatio Sabbati, non est
de lege naturæ, licet cultus Dei aliquo signo ex-
teriori manifestandus, tali legi sublit. Sed in
hoc non est cum illis dispensatum.

Sed, potestne Papa dispensare in Legē Naturā? ex adlatō jam principio colligitur; Non posse. Circa quod duo communiter adferuntur. Primo sunt quādam, quorum materia est ex placito humano, supra quod cadit aliquod jus naturæ: sive illa materia sit pér pactū cum Deo; sive cum hominibus, sive in istū ex utroque. Sic v. g. vōvōrē castitatem, est materia ex pactō humano. Jus autem naturæ est, redde, quod vōvisti. Secundō, sunt alia, quorum materia non cadit in liberās cōventions, v. g. Dēum cole. Circa priora, utitur sua potestate Pontifex, non in his aliis.

R A T I O. Quia hoc ipsum, quod constitutio illarum legum, subdatur placito, ostendit illas leges abrogabiles esse altiori potestate, ut potest, ipso titulo placiti, subdibiles illi. In posteriori autem nihil est, quod subsit libero placito.

* F 4

DISPL.